2549. Macarii mutii Equitis Camertis de triumpho Chriſti Poema. *In fine: Impreſſit Venetiis presbyter Franciſcus Lucenſis cantor eccleſie S. Marci et Antonius Franciſci (alias de Conſortibus) Venetiis litterarum artifex, regnante ſereniſſimo principe et D. D. Auguſtino Barbadico dei gratia inclyto Duce Venetiarum Anno ſalutis Domini M.CCCC. LXXXXVIIII. die XXVIIII. menſis Martii. Char. lat. cum. ſign.* 4.

Denis Suppl. p. 471. *Bolong. Crev. III. a. p.* 182. *Mittar. p.* 291. *Catal. Bibl. Pinell. II. p.* 437. *Bibl. Götting. Bibl. Heidegg.*

2550. Tractatus de aede lauretana. *Venetiis per Benedictum de Bindonis typographum Venetum.* 1499.

Maitt. p. 696.

2551. ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΚΟΝ ΜΕΓΑ ΚΑΤΑ ΑΛΦΑΒΗΤΟΝ ΠΑΝΥ ΩΦΕΛΙΜΟΝ. *Praemittuntur* graeca Marci Muſuri et Johannis Gregoropuli Cretenſium in ſuorum populorum artisque (qua excelluerunt) typographicae laudem epigrammata. *In fine graece:* Etymologicum magnum typis expreſſum explicit jam cum Deo *Venetiis, ſumtibus quidem nobilis et praeclari viri Domini Nicolai Blaſti Cretenſis,* hortatu uero ſplendidiſſimae et ſapientiſſimae Dominae Annae, filiae piiſſimi et glorioſiſſimi Domini Lucae Notarae quondam magni Ducis Conſtantinopoleos. *Labore et dexteritate Zachariae Calliergi Cretenſis, in gratiam virorum ſapientum et Graecis litteris operam dantium. Anno Natiuitatis Chriſti* 1499. *Metagitionis (Julii) ſtantis die octauo. Regiſtr. chartar. cum inſigni typogr. et ſign. fol. min.*

Editio princeps. Maitt. p. 95. *it. p.* 690. *Roſſi p.* 73. *Askew p.* 58. *de la Vall. II. p.* 6. *Crevenna III. p.* 15. *Clement VIII. p.* 128. *Catal. Bibl. Pinelli. III. p.* 235. *Foſſi l. c. T. I. p.* 641. *Laire Ind. II. p.* 249.

2552. Simplicii hypomnemata in Cathegorias aristotelis *graece. In fine:* Simplicii Commentarius in decem categorias Ariſtotelis impreſſus definit cum Deo. *Venetiis ſumptibus nobilis quidem & clari Viri Domini Nicolai Blaſti Cretenſis, labore autem et induſtria Zaccarie Caliergi Cretenſis - anno a Chriſti nativitate* 1499. *die* 5. *menſis Pitnepſione exeunte i. e. die* 26. *Octobris. fol.*

Editio princeps. Maitt. p. 686. *Roſſi p.* 60. *Askew. p.* 116. *Catal. Bibl. Pinelli I. p.* 240. *Poggio Notizie p.* 146. *Crevenna II. p.* 32. *Bodl. II. p.* 514. *Laire Ind. II. p.* 253.

*2553. Tractatus de iure prothomiſeos cum Comento domini mathei de afflictis Neapolitani & baldi de perusio. *Venetiis per Aloviſium et franciſcum de rubeys* 1499. *d.* 27. *Julii. Char. goth. foll.* 20. *fol.*

Gemeiner p. 269.

2554. Queſtionum ſuper XII. libros Metaphyſice a. R. Magiſtri dominici de flandria ordinis predicatorum. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine: Impreſſum Uenetiis Anno dni MCCCCXCIX. Die XX. Auguſti. Cum Privilegio. Regiſtr. Icon Gabrielis Archangeli. Char. goth. cum ſign. fol.*

Maitt. p. 698. *Bibl. P. Nor. Bibl. Schw. Iun. Bibl. Götting. Foſſi l. c. T. I. p.* 687.

2555.

Digitized by Google

2555. AEGIDII ROMANI Commentar. in libros de animâ. *Venetiis* 1499. *fol.*
Maitt. p. 698. *not.* 3.

2556. M. T. CICERONIS ad M. Brutum liber unus; ad Q. Fratrem liber unus. Ad Tit. Pomp. Atticum Libri ſedecim, a Bartholom. Saliceto et Ludov. Regio. Attici vita per Cornel. Nepotem. *In fine: Venetiis MCCCCXCIX. die XV. Julii. fol.*
Maitt. p. 707. *Roſſi p. 66. Cat. Bibl. Pinelli II. p.* 222. *Bibl. coenob. Campil.*

*2557. NICOLAI SALYCETI Liber meditationum confeſſionum ac orationum deuotarum qui Anthidotarius anime dicitur cum tabula inſertus. *In fine: Impreſſum Uenetiis. Anno dominice incarnationis* 1499. *Tertio Kalendas Apriles. Regiſtr. chart. Char. goth. cum ſign. et foll. num.* 4.
Seemiller IV. p. 117. *Denis Suppl. p.* 458.

*2558. Deſenſiones in monachos pro vero Canonicorum regularium gradu ac dignitate ſuſceptas lector agnoſce: et veritati applaude que rebus eſt omnibus honorabilior a domino CELSO MAPHEO Ueronenſe Canonico regulari editas Reuerendiſſimis dominis cardinalibus Neapolitano ſancte Marie in porticu et Senenſi. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine: impreſſum Uenetiis. anno. MCCCCXCIX. die XVII. Aprilis. fol. mai.*
Hupfauer l. c. p. 211.

*2559. Elenchi IOANNIS SCOTI DVNS. Ex recenſione Oliuerii Ionti Art. et Med. Doct. cum Epigrammate Petri Garaotti. *In fine fol.* 31. *b:* Expliciunt queſtiones - *impreſſe Uenetiis Anno domini Milleſimo quadringenteſimo Nonageſimo nono. quinto Nonas Octobris. Tabula. Char. goth. cum ſign. & foll. num.* 4.
Seemiller IV. p. 117.

2560. CORNELII NEPOTIS ſub AEMILII PROBI nomine, Vitae excellentium Imperatorum. *Venetiis* 1499.
Maitt. p. 686. *Uſum ſe eſſe hac editione teſtatur Joannes Savaro. Fabr. B. L. Erneſt. p.* 103.

2561. OVIDII Epiſtolae Heroidum cum commentar. Volſci & Hubertini Clerici Creſcentinatis. *Venetiis* 1499. *fol.*
Maitt. p. 688. *Editio dubia; in Fabr. B. L. non excitatur.*

2562. MARTIALIS cum commentar. Nicolai Perotti. *Venetiis* 1499. *fol.*
Maitt. p. 689. *Eſt forte anni* 1498. *cum Comm. Calderini & defenſione contra calumniatorem Nicol. Perottum?*

2563. BARTHOLOMAEI MONTAGNANAE Conſilia (Selectiora opera) *Accedunt:* ANTONII CERMISONI Conſilia medica. FRANCISCI CABALLI Liber de animali paſtillos theriacos ingrediente. *Venetiis* 1499. *fol.*
Maitt. p. 697. *ubi ſeorſim excitantur. Editio ipſa ſuſpecta eſt, et ad ann.* 1497. *pertinere videtur; ubi illius mentio facta eſt.*

2564. PAVLI VENETI Quadratura ſeu dubia. *Venetiis* 1499. *fol.*
Maitt p. 698. *Adfuit ſupra a.* 1493. *cum eiusdem ſophismatibus per Octau. Scotum.*

2565. SVETONIVS de XII. Caeſaribus cum commentar. Philippi Beroaldi & Ant. Sabellici. *Venetiis* 1499. *fol.*
Maitt. p. 699. *Fabr. B. L. Erneſti II. p.* 454.

Digitized by Google

2566. Sententiae Ciceronis per Gabr. Claium. *Venetiis* 1499. 4.

Maitt. p. 699. ex Saub. Hiſt. B. N. p. 206. Sunt vero Joann. Gabrielis clauſulae Epiſtolar. Ciceronis, Senis 1499. 4.

2567. OVIDII Libri metamorphoſeon. *Venetiis* 1499. *fol.*

Maitt. p. 699. ex Catal. Carpzov. P. II. p. 215. *Editio incerta; forte anni* 1497? *Omiſit illam Maitt. in Indice.*

2568. BAPTISTAE SALII Summa. *Venetiis* 1499. 4.

Maitt. p. 701. not. 10. Eſt ſine dubio Baptiſtae Trovamalae Summa, Roſella dicta, quam ſupra excitavimus.

2569. GIO. ANTONIO MASSINONI Il Flagello delle Meretrici, e la Nobilta donneſca ne' figliuoli. *Venezia* 1499. 4.

Maitt. p. 702. peſſime ad ann. 1499. *refert. Eſt enim anni* 1599. *uti patet ex Cat. Bibl. Pinell. T. V. p.* 24.

2570. ANT. DE BVTRIO commentarius ſuper VI. Libro Decretalium. *Venetiis* 1499. *fol.*

Maitt. p. 703.

2571. OLDRADI DE PONTE Conſilia. *Venetiis* 1499. *fol.*

Maitt. p. 703. Ex Catal. Libr. Kuhtzii An? forte 1490?

2572. LAVRENTII VALLAE Dialecticae Libri III. *Venetiis* 1499. *fol.*

Maitt. p. 704.

2573. Rabbi BENIAMIN, Liber inſcriptus, Beniamin eſt lupus. *Venetiis* 1499.

Maitt. p. 705. At R. Beniamin floruit circa ann. 1534; *eiusdemque liber hic editus eſt anno quidem iudaico* 299 - *at Chriſti* 1539. *cf. de Roſſi de origin. typogr. hebr. p. m.* 108.

2574. JOANNES MICHAEL, Germanus Budorenſis, Almanach perpetuum R. ABRAHAE ZACVTI, a ſe emendatum, interpolatum et auctum imprimi curauit. *Venetiis* 1499.

Maitt. p. 705. Scheibel. l. c. I. p. 52.

2575. ALEXANDRI MAGNI Epiſtola de ſitu et mirabilibus Indiae, latine, Interprete Jacobo Catalanenſi. *Venetiis* 1499. 8.

Maitt. p. 706. Eſt ex collectione Epiſtolarum Aldi h. a.

2576. APPIANVS ALEXANDRINVS de bellis civilibus. *Venetiis* 1499. *fol.*

Maitt. p. 706. Clement I. p. 434. *Eſt etiam anni* 1500. *An et haec anni* 1499?

2577. M. T. CICERO de officiis cum commentar. Petri Marſi. *Venetiis* 1499. *fol.*

Maitt. p. 706. ex Bibl. Belharnos. p. 200. *fonte impuro - Omiſit hanc editionem Fabric. merito, ut puto.*

2578. FRANCISCI NIGRI Ars epiſtolandi. *Venetiis* 1499. 4.

Maitt. p. 707. Bibl. Götting. Bibl. coenob. Georgenb. cf. Weislinger p. 733. *Sine loco & typogr.*

2579. POMPONII LAETI Epigrammata ad Auguſtinum Maphaeum. *Venetiis* 1499. *fol.*

Denis Suppl. p. 473. *An ſeorſim?*

*2580. PETRVS PAVLVS VERGERIVS de ingenuis moribus. *Venetiis* 1499. 4.

Roſſi p. 75.

*2581.

Digitized by Google

*2581. Jacobo de voragine Legende de' Sancti tradotte da Nicolao de Manerbi. *Venezia* 1499. *fol.*

Roſſi p. 53.

*2582. Jasonis mayni ſuper II. ff. veteris. *In fine:* Commentaria in ſecundam partem ff. veteris - *Impreſſa Uenetiis Regnante Auguſtino Barbadico Sereniſſimo Venetiarum principe. MCCCCLXXXXIX. Char. goth. cum ſign. foll.* 225. *fol. mai.*

Gras p. 203.

MD.

2583. Francisci philelphi Epiſtolarum libri XXXVII. ex eius exemplari traſumpti, ex quibus ultimi XXI. nouiſſime reperti fuere. *Venetiis ex aedibus Johannis et Gregorii de Gregoriis* 1500. *fol.*

Maitt. p. 727. *Bibl. Menars. p.* 146.

2584. Johannis de ketham Faſciculus Medicinae. *Fol.* 1. *a.* figuras varias ligno inciſas exhibet, inter quas eminet Icon Petri de Montagnana. *Fol. eod. b.* iterum figurae variorum doctorum, forte medicorum, ligno inciſae, repraeſentantur, *Fol.* 2. *a.* Modus iudicandi urinas per colores earundem, figura quadam ligno inciſa repreſentatur. *Fol. eod. b.* Incipit faſciculus medicine compoſitus per excellentiſſimum artium ac medicine doctorem: dominum Joannem de Ketham Alamanum: tractans de anothomia et diuerſis infirmitatibus: et corporis humani: cui annectuntur multi alii tractatus per diuerſos excellentiſſimos doctores compoſiti. Nec non anothomia Mundini. *In fine:* Explicit faſciculus medicine in quo continentur primo iudicia urinarum cum ſuis accidentibus. Secundo tractatus. de flobotomia. Tertio de cyrogia. Quarto de matrice mulierum et impregnatione. Quinto concilia vtiliſſima contra epidimiam. Sexto de anothomia mvndini totius corporis humani. Septimo de egritudinibus puerorum. *Impreſſum Uenetiis per Joannem et Gregorium de Gregoriis fratres. Anno domini. MCCCCC. XXVIII. Martii. Char. goth. cum ſign. A - f. col.* 2. *cum. figg. fol.*

Maitt. p. 711. *ſq. Platner II. p.* 47. *Roloff I. p.* 161. *Bibl. coenob. Campil. Collectio noſtra.*

2585. Cyrvrgia parua gvidonis de cavliaco; Cyrurgia albvcasis et aliorum cum cauteriis et aliis inſtrumentis; de oculorum infirmitatum cognitione eorum Tractatus iesv filii hali et canamvsali de baldach. *Venetiis per Bonetum Locatellum presbyterum mandato et ſumptibus Haeredum nobilis quondam viri Domini Octauiani Scoti Modoetienſis anno Domini M. CCCCC. ſexto Cal. Februarias. fol.*

Maitt. p. 720. *Bibl. Lemberg.*

*2586. Tabula nuper diligenter correcta totius Summe Beati antonini Archiepiſcopi Florentini. *In fine:* Explicit Tabula perutilis - ſtudioſiſſime correcta per fratrem Dominicum de Bugella, *qui preſens Opus noviter imprimi curavit impenſis Lazzari de Soardis, Venetiis milleſimo quingenteſimo pridie idus Julias per Bonetum Locatellum Bergomenſem Presbiterum. Char. goth.* 4.

Poggio Notizie p. 152.

2587. Avicennae Tractatus de remouendis nocumentis, quae accidunt in regimine ſanitatis et de Syrupo acetoſo ex Arabico in Latinum ab Andr. Alpago converſ. *Venetiis apud Octav. Scotum* 1500. 4.

Maitt. p. 711. *not.* 4.

Digitized by Google

2588. S. THOMAE AQVINATIS Prima Secundae. *Venetiis per Octavianum Scotum* 1500. *fol.*

Maitt. p. 734. *ex Quetif. l. c. I. p.* 322.

2589. S. THOMAE AQVINATIS Scripta, ſive commentaria ſuper IV. libros Sententiarum. *Venetiis apud Octauianum Scotum, per Bonetum Locatellum. Venetiis* 1500. *fol.*

Maitt. p. 733. *ex Quetif. l. c. I. p.* 87.

2590. ALBERTI MAGNI Logicalia, ſeu Interpretatio univerſi Ariſtotelis Organi. *Venetiis apud haeredes Octauiani Scoti* 1500. *fol.*

Maitt. p. 737. *ex Quetif. l. c. I. p.* 172.

2591. VITASPATRVM. *Haec in fronte fol.* 1. *a. litteris maiuſculis. In fine:* Beatiſſimi Hieronymi Card. presb. ſancte rom. eccl. cath. doctoris praecipui Libris qui vitaſpatrum inſcribuntur: diligenter examinatis: vigilantique ſtudio emendatis: atque per punctas et comas diſtincti finem impoſuit *Venetiis Bonetus Locatellus presbyter. Iuſſu impenſisque viri domini Nicholai ex Franchfordia oriundi. Anno ab incarnatione domini noſtri Jeſu chriſti. Milleſimo quingenteſimo. Octauo Idus aprilis. Char. goth.* 4.

Maitt. p. 735. *not.* 7. *Catal. Saltken. p.* 42. *Schoenemann l. c. T. I. p.* 609.

*2592. BARTOLVS ſuper ſecunda Infortiati. *In fine:* Explicit lectura eximii doctoris domini Bartoli de ſaxoferrato ſuper ſecundam partem Infortiati una cum addi. do. Alexandri de Imola. *Venetiis per Baptiſtam de Tortis MCCCCC. die XI. Marcii. Char. goth. cum ſign. fol.*

Bibl. P. Nor.

*2593. SEXTVS et CLEMENTINAE de tortis. *In fine: Venetiis per Baptiſtam de Tortis MCCCCC. die X. Septembris. Char. goth. cum ſign. fol.*

Bibl. P. Nor.

*2594. Tertium Volumen conſiliorum domini ANDREE BARBATIE nouiter impreſſum. *In fine:* Explicit tertium uolumen conſiliorum excellentiſſimi iuris utriuſque monarce dni Andree barbacie - *Venetiis per baptiſtam de tortis MCCCCC. die. IIII. decembris. fol.*

Bibl. P. Nor.

*2595. Quartum volumen conſiliorum ANDREE BARBACIE nouiter impreſſum. *In fine:* Explicit quartum uolumen - *impreſſum Venetiis per Baptiſtam de tortis M.CCCCC. die IX. menſis Octobris. Reſtant adhuc ſex alia uolumina conſiliorum huius &c. Laus deo clementiſſimo. fol.*

Bibl. P. Nor.

2596. DECRETVM de Tortis (ſeu Decretum GRATIANI) *Venetiis per Baptiſtam de Tortis* 1500. *fol.*

Maitt. p. 720.

2597. ANTONII RAMPIGOLLI, Auguſtiniani, Figurae Bibliorum. *Venetiis per Georgium Arrivabenum* 1500. 8.

Maitt. p. 129.

*2598. Opus aureum utriuſque iuris luminis domini BALDI DE PERVSIO ſuper feudis cum additionibus doctiſſimi domini Andree Barbacia nec non aliorum clariſſimorum viro-

Digitized by Google

virorum. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol.* 2. *a. opus ipſum incipit. In fine fol.* 90. *b: Impreſſum hoc preclarum* opus Baldi de Peruſio ſuper feudis cum additionibus clariſſimorum doctorum: nec non vna cum apoſtillis &c. *Impreſſum Uenetiis per Bernardinum Benalium Anno dni MCCCCC. die XX. menſis Martii. Regiſtr. char. S. Marci imago. tabula queſtionum in hoc opere poſitarum. foll.* 15. *In fine: Impreſſum Venetiis per Bernardinum Benalium. Char. goth. cum ſign. & foll. num. fol.*

Bibl. P. Nor. Braun II. p. 323. *Foſſi l. c. T. I. p.* 247.

2599. Joannis de imola ſuper I. & II. Decretalium et in Clementin. *Venetiis* 1500. *fol.*

Maitt. p. 725.

*2600. Joannis de imola ſuper tertio decretalium. *In fine: Impreſſum Venetiis per Bernardinum ſtagninum de Tridino de Monteferrato Anno ſalutis MCCCCC. die vero XXIII. Aprilis. fol.*

Bibl. P. Nor.

2601. Commentaria ſuper decreta cardinalis alexandrini alias preposití Sancti Ambroſii nuncupati cum priuilegio. *In fine:* Expliciunt commentaria ſuper decretorum volumina non minus utilia quam optimo ſtillo correcta Reuerendiſſimi - d. Joh. antonii de ſancto Georgio dicti de placentia patricii Mediolanenſis alias eccleſie divi Ambroſii mediolani prepoſiti nuncupati - nunc peculiari virtute Cardinalis alexandrini digniſſimi. *Venetiis per Bernbardinum ſtagninum de Tridino de monſerrato MCCCCC. fol.*

Maitt. p. 725. *it. p* 734. *Bibl. P. Nor.*

2602. Svetonius tranqvillvs cum Philippi Beroaldi et Marci Antonii Sabellici commentariis. *In fine:* Commentaria Philippi Beroaldi nec non Marci Antonii Sabellici in Suetonium Tranquillum foeliciter *Venetiis excuſſa per Bartholomeum de Zanis de Porteſio Anno Domini MCCCCC. die XXVIII. Julii. fol.*

Maitt. p. 713. *Roſſi p.* 71. *Goetz II. p.* 492.

2603. m. t. ciceronis Epiſtolae familiares cum commento Hubertini Clerici Creſcentinatis et Martini Philetici ſuper epiſtolis electis, et Georgii Merulae Alexandrini. Adiecta ſunt etiam nonnulla alia loca per Angelum Politianum Interpretata. *In fine: Impreſſa Venetiis per Bartholomaeum de Zanis de Porteſio anno Domini MCCCCC. die XVI. decembris. fol.*

Maitt. p. 713. *Mittar. p.* 123.

2604. m. t. ciceronis de Officiis Libri tres. De Amicitia. De Senectute. Paradoxa, opera Benedicti Brugnoli cum commentar. Marſi, Omniboni & Philetici. *Venetiis per Bartholomaeum de Zanis de Porteſio MCCCCC. fol.*

Maitt. p. 713.

2605. Triumphi e Sonetti de petrarcha expoſti da Franc. Philelpho et da Girol. Squarciafico e caſtigati per Nicolo Peranzone, altramente Riccio Marcheſiano. *Venezia per Bartholomeo de Zani de Porteſe MCCCCC.* 4.

Maitt. p. 743. *Bibl. R. Par. B. L. P. I. p.* 453. *Soubiſe p.* 352. *Haym I. p.* 225.

2606.

Digitized by Google

*2606. Benedetto da cesena Libellus qui dicitur de Honore Mulierum in terza rima. Diviſus eſt in quatuor libros, quorum primus ſequentem habet inſcriptionem: Ad illuſtrem mirae indolis adoleſcentem Pandulfum Malateſtam Domini Sigismundi Ariminenſis Domini filium Benedicti Ceſenatis De honore Mulierum Liber primus incipit. *Venezia per Bartolomeo de' Zanni da Porteſio* 1500. 4.

Catal. Bibl. Pinelli IV. p. 275. Bibl. R. Par. B. L. P. I. p. 471. Gaign. I. p. 234. Laire Ind. II. p. 255. Bolong. Crev. III. b. p. 7.

2607. Missale ſecundum morem S. Eccleſiae Romanae. *Venetiis per Simonem Betiilaquam* 1500. 8.

Maitt. p. 730.

2608. Liber avicenna. *Initium libri:* Liber canonis primus quem princeps aboali abinsceni de medicina edidit, translatus a magiſtro gerardo cremonenſi in toleto ab arabico in latinum. ſequitur liber canonis ſecundus avicenne, quem de medicinis ſimplicibus edidit. Liber tertius de vniverſis egritudinibus capitis III. libri canonis in medicina. Lib. quartus de egritudinibus particularibus. Liber quintus libri canonis qui eſt antidotarium. *Sequitur* Libellus Auicene de uiribus cordis, translatus ab Arnaldo de uilla noua barchinone. *In fine: Impreſſum Venetiis per Simonem Papienſem, Dictum Biuilaquam.* 1500. *Die IX. Nouembris.*

Maitt. p. 711. Theſ. Biblioth. IV. p. 21.

*2609. Petri de crvce Queſtio de ratione ſubiecti primi ſcientie &c. *Venetiis per magiſtrum Johannem bertzog de Landoia* 1500. *die Aprilis* 25. 4.

Bibl. Schw. iun.

2610. Gvainerii papiensis artium et medicinae doctoris. Practica. *Venetiis mandato et expenſis Antonii Moretti per Joannem Hertzog Anno MCCCCC. die XXVII. Maii. fol.*

Maitt. p. 712.

*2611. Galeni de affectorum locorum notitia Libb. VI. Guilelmo Copo Baſilienſe interprete. *Venetiis per Johannem Hertzog* 1500. 4.

Bibl. coenob. Campil.

2612. Themistii Paraphraſis in Ariſtotelis Phyſicam. *Venetiis per Joannem Hamman de Landoia dictum Hertzog.* 1500. *fol.*

Maitt. p. 738.

2613. Hieronymi manfredi Centiloquium de Medicis et Infirmis. *Venetiis per Johannem Hertzog* 1500. *fol.*

Maitt. p. 738.

*2614. Breviarivm Carthuſienſe. *Venetiis per Theodor. de Ragazonibus de Aſula* 1500. *fol.*

Bibl. Erlang.

2615. Lvcretivs. *Venetiis per Theodorum de Ragazonibus de Azula* 1500. *fol.*

Maitt. p. 713.

2616. Appianvs alexandrinvs de bellis civilibus libri V. Eiusdem Liber Illyrius, Celticus, Libicus, Syrius, Parthicus, Mithridaticus, latine. *In fine:* Appiani Alexandrini

drini

Digitized by Google

drini hiſtorici et ſophiſtae traductio *Impreſſa Venetiis per Chriſtoferum de Penſis. Anno nativitatis domini noſtri Jeſu Chriſti. M.CCCCC. die vigeſimo Novembris. Laus Deo et divae Virgini Mariae. Regiſtrum. FINIS. Char. rom. cum ſign. fol.*

Maitt. p. 740. Catal. Scapini p. 415. Myl. memorab. p. 206. Bibl. Götting. Clement I. p. 434. Foſſi l. c. T. I. p. 133.

*2617. Fiore di virtu che tracta di tutti i uitii humani i quali debbe ſuggire lhuomo che deſidera di uiuere ſecondo i dio &c. *In fine verſus:*

Delle uirtu i ſon chiamato el fiore &c.
Nonanta noue: nella cipta famoſa
Che de uirtu per tucto fama ſpande
Vinecia bella gratioſa & degna.

Venetia per Criſtofolo di Penſa 1500. *adi XXIIII. Aprile.* 4.

Boleng. Crev. I. p 178.

2618. Clavdiani Opera. *Praecedit* Praefatio brevis Thadaei Vgoleti Parmenſis editoris. *In fine:* Thadaeo Vgoleto parmenſi Oratori Celeberrimo Bernardinus Saxoguithanus Mutinenſis. S.

Quem modo pene ſitus: carioſaque adaederat aetas
Barbaricaque miſer compede uinctus erat &c.

Opera Claudiani diligenter emendata per Thadaeum Vgoletum parmenſem. *Impreſſit Venetiis xpoforum (ſic) de penſis. Anno. M.CCCCC. die. XXIII. Maius. Regiſtrum chartar. Char. rom. cum ſign. a - q.* 4.

Maitt. p. 714. Catal. Bibl. Pinelli II. p. 320. Laire Ind. II. p. 257. Coll. noſtra.

2619. Valerii flacci Argonautica. *Venetiis - per - Chriſtophorum de Penſis Anno MCCCCC. die X. Junii.* 4.

Maitt. p. 714. Roſſi p. 71. Catal. Bibl. Erneſti p. 185.

2620. Poſtilla ſeu expoſitio litteralis & moralis nicolai de lira Ord. Minorum ſuper epiſtolas et Evangelia quadrageſimalia cum queſtionibus Fratris Antonii Betontini eiusdem Ordinis. *In fine:* Poſtille - *iuſſu et impenſis Bernardini Stagnini de Tridino; arte iterum Joannis Tacuini de Tridino impreſſe Venetiis - feliciter explicite ſunt anno a Natali Domini M D. idibus Februarii. Char. goth.* 8.

Maitt. p. 722. Poggio Notizie p. 153.

2621. Tibvllvs cum commentariis Cyllaenii Veronenſis. catvllvs cum commentariis Parthenii Veronenſis et Palladii patavini. Emendationes Catullianae per Hieronymum Auancium Veronenſem et eiusdem in Priapeias caſtigationes. propertivs cum commentariis Philippi Beroaldi. Annotationes in Propertium: tum per Dominum Calderinum: tum per Joannem Cottam Veronenſem. Haec omnia ſunt ex exemplaribus emendatis domini Hieronymi Auancii. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol. eod. b.* incipit Bernardini Cyllaenii ad Baptiſtam Vrſinum carmen, quod eiusdem praefatio in Tibullum excipit. *In fine: Impreſſum Venetiis per Joannem de Tridino de Cereto alias Tacuinum. M.D. die uero XIX. Maii. Regnante inclyto Principe Auguſtino Barbadico. Sequitur Hieronymi Salii Faventini in invidum carmen. Regiſtr. chart. Inſign. typogr. Char. rom. cum ſign. fol.*

Digitized by Google

Maitt. p. 714. not. 3. Braun II. p. 325. Schw. II. p. 256. Goetz I. p. 424 Bibl. P. Nor. Bibl. Götting. Bibl. Lemberg.

2622. Sallvstivs ex Pomponii Laeti recognitione cum Laurentii Vallaè et Omniboni commentario in Catiliniarium et Jo. Chryſoſtomi Soldi in Iugurthinum. *Fol. 1. a.* quatuor figurae, quae Salluſt. & tres commentatores exhibent. *Fol. eod. b.* Pomp. Laeti ad Auguſt. Maphaeum epiſtola et Leoniceni commentarii. *In fine: Impreſſum Venetiis opera et impenſa ſolertiſſimi uiri Joannis Tacuini de Tridino: regnante inclito Principe Auguſtino Barbadico Anno domini. M.CCCCC. die XX. Lui (Julii) Regiſtr. chart. Inſign. typogr. Char. rom. cum ſign. & foll. num.* 113. *fol.*

Maitt. p. 713. Hoblyn I. p. 218. Kapp. II. p. 29. Braun II. p. 324. Bibl. Heidegg. Bibl. P. Nor. Bibl. Götting.

2623. Diomedis doctiſſimis (ſic) ac diligentiſſimi linguae latinae perſcrutatoris de arte grammatica opus vtiliſſimum (accedunt et alii grammatici veteres, videl. Phocas, Caper, Agraetius, Donatus, Servius et Sergius.) *In fine: Impreſſum Venetiis per Joannem de Tridino Alias Tacuinum Regnante inclyto principe Auguſtino Barbadico anno domini noſtri ieſu xpi M. CCCCC. die uero. III. Menſis ſeptembris. fol.*

Maitt. p. 728. Bibl. P. Nor.

2624. Mavritii de portv hibernie ex Ordine Minorum Theologie conſulti in queſtiones dialecticas divi Johannis Scoti expoſitio accuratiſſima. *In fine:* Explicit lectura fratris Mauritii de Portu Hibernie - Padue dum ordinarie Sacram Theologiam legebat finita XXVIII. Auguſti in inclita Urbe Ferrarie anno ſalutis chriſtiane MCCCC XCIX, *et Venetiis impreſſa mandato domini Andree Toreſani de Aſula per Symonem de Luere XX. Martii MD. fol.*

Maitt. p. 737. Poggio Notizie p. 148.

2625. Queſtiones Scoti ſuper univerſalia Porphirii nec non Ariſtotelis predicamenta Peryarmenias. *In fine:* Expliciunt queſtiones Doctoris ſubtilis Joannis Scoti - nec non diſcipuli eius Antonii Andree - *Venetiis impreſſe ſumptu Domini Andree de Toreſanis de Aſula per Symonem de Luere die XX. Marcii MCCCCC: feliciter cum privilegio.* 4.

Maitt. p. 737. Poggio Notizie. p. 148.

*2626. Expoſitio domini aegidii romani ſuper libros de anima cum textu de materia coeli contra Averroim. De intellectu poſſibili. De gradibus formarum. *In fine:* Explicit tractatus de gradibus formarum. *Tum: Venetiis (impenſis dni Andree Torreſani de Aſula) per Simonem de Luere* 18. *aprilis.* 1500. *fol.*

Schw. II. p. 257. Foſſi l. c. T. I. p. 172.

2627. Gerardi de odonis, Galli, Ord. Min. Comment. ſive Expoſitio in X. libros Ethicorum Ariſtotelis cum eorum textu. *In fine: Venetiis per Simonem de Luere, Impenſis dni Andree de Torreſani de Aſula. XIIII. menſis Julii M.D. Regiſtrum. Char. goth. cum ſign. fol.*

Maitt. p. 725. Foſſi l. c. T. I. p. 182.

*2628. Gvalteri bvrley. Expoſitio ſuper decem libros ethicorum Ariſtotelis. *In fine:* Gualteri - expliciunt *Venetiis impreſſe arte Symonis de Luere, impenſis vero Andree Toreſani de Aſula anno MD die vero quarto Septembris, fol.*

Mittar. p. 102. Poggio Notizie p. 150. (die XII. Septembris)

*2629.

Digitized by Google

*2629. Expoſitio AEGIDII ROMANI ſuper libros elenchorum Ariſtotelis. *In fine: Venetiis mandato et expenſis dni Andree Torreſani de Aſula. Per Simonem de Luere. XXIIII. Septembris. M.D. Char. goth. cum ſign. fol.*

Foſſi l. c. T. I. p. 181. Poggio Notizie p. 149.

2630. DECRETALIVM Sextus cum certis additionibus Joannis Andree. *Venetiis per Andream de Torreſanis de Aſula* 1500. 8.

Bibl. Lemberg.

2631. Real de Eſpaña gloxado. *Venetia per Simonem de Luere* 1500. *fol.*

Maitt. p. 736.

*2632. Diuus THOMAS in octo politicorum ARISTOTELIS libros cum textu eiusdem. Interprete Leonardo Aretino. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine*: Explicit Sanctus Thomas ſuper libros octo Politicorum. *Venetiis impenſis dni andree Torreſani de Aſula. Arte uero Simonis de Luere ultimo menſis Octobris M.D. Feliciter. Regiſtrum. Accedit Nimirei epiſtola et epigramma ad lectorem. Char. goth. cum ſign. fol.*

Foſſi l. c. T. I. p. 202.

2633. Habes candide lector in hoc opere PRISCIANI uolumen maius; cum expoſitione elegantiſſima clariſſimi philoſophi Joannis de Aingre. Habes inſuper eiuſdem volumen minus: et de duodecim carminibus: ac etiam de accentibus: cum expoſitione Viri eloquentiſſimi Danielis Caietani: nunc primum edita: Habes praeterea de numeris. ponderibus. et menſuris. de praeexercitamentis rhetorice. De uerſibus comicis. de declinationibus. nec non de ſitu orbis. Omnia quippe accuratiſſime emendata. *In fine: Impreſſum Venetiis per Philippum Pincium Mantuanum M.CCCCC. die XIX. martii. Auguſtino Barbadico Sereniſſimo Venetiarum Duce. fol.*

Maitt. p. 743. Freyt. Adpar. III. p. 73. Roſſi p. 75. Goetz I. p. 454. Bibl. P. Nor. Quis ille Joh. de Aingre fuerit, non conſtat.

2634. BALDI DE VBALDIS Nobilis Peruſini commentarii ſuper decretalibus: *Impreſſi Venetiis à Philippo Pincio de Caneto Anno MCCCCC. die XV. Junii. fol.*

Maitt. p. 725. not. 3. Id. ib. Baldus ſuper VI. Codicis: an?

2635. AVLVS GELIVS. *Praeit* index capitum. *In fine: Impreſſum Venetiis a Philippo Pincio Mantuano Anno domini MCCCCC. die XV. menſis Julii Auguſtino Barbadico Sereniſſimo Venetiarum Duce. Char. rom. fol.*

Maitt. p. 715. Bibl. coenob. Admont. Bibl. Heidegg. Bibl. P. Nor.

2636. M. T. CICERONIS Rhetoricorum Libri: cum tribus Commentariis. Videlicet Mario Fabio Victorino Fran. Maturantio peruſino. Anto. Mancinello. *In fine: Venetiis a Philippo Pincio Mantuano. M.CCCCC. die XII. Septembris. Priuileg. Regiſtr. chart. Char. rom. cum ſign. fol.*

Maitt. p. 721. Roſſi p. 63. Catal. Bibl. Erneſti p. 18. Braun II. p. 324.

2637. MACROBIVS in Somnium Scipionis. Item MACROBII Saturnalium libri. *In fine:* Macrobii libri - *impreſſi Venetiis a Philippo Pincio Mantuano Anno MCCCCC. die XXIX. Octobris Auguſtino Barbadico Venetiarum duce. fol.*

Maitt. p. 721. Roſſi p. 68. Schw. II. p. 257. Catal. Bibl. Moerl. I. p. 25.

Digitized by Google

2638. Luciani Opera, videlicet. De veris narrationibus. De aſino. Philoſophorum vite. Tyrannus. Scaphidium. Palinurus. Charon. Diogenes. Terpſion. Hercules. Virtus Dea. In amorem. Timon. De calumnia. Laus Muſce. *In calce:*

Haec lege, plena iocis, immixtaque ſeria ludo
Quando relaxandi cura tibi eſt animi
Luciano ex greco plures fecere Latini
Collecta hinc, illinc, preſſaque Bardo (quis?) dedit.

Sequitur Supplicatio Benedicti Miniatoris ad Principem Venetiarum pro edendis operibus Luciani & ſubſequens conceſſio. *In fine* operum Luciani habetur: Carmen Thome Regazole. Alterum carmen de morte horrendum. *Impreſſum Venetiis per Johannem baptiſtam Seſſa anno domini MCCCCC. die vero XXXI. (ſic) iunii. I. B. S. Char. rom.* 4.

Maitt. p. 743. *Mittar. p.* 252.

*2639. Opere del Thebaldeo de ferrara cioe ſonetti 283. dialogo I. Epiſtolae III. Egloghe IIII. Disperata I. Capitoli 19. *Impreſſo in la cita di Venetia per Maeſtro Baptiſta de Seſſa nel anno M. CCCCC. adi XII. de Septembrio.* 4.

Laire Ind. II. p. 258.

2640. Summa roberti lincolnienſis ſuper VIII. libros Phyſicorum; item Expoſitio ſiue Commentarius div. thomae in VIII. libros Phyſicorum correctioni quam diligentiſſime tradita ſummoque ſtudio ſingulariter adornata per fratrem Theophilum. *Impreſſ. Venetiarum urbe per Petrum Bergamenſem de Quadrengiis, anno á natiuitate dni* 1500. *die vero XXII. April. fol.*

Maitt. p. 726. *Catal. Scapini p.* 425.

*2641. Compendium theologice veritatis. *In fine: Impreſſum Venetiis per magiſtrum Petrum de quarengis Bergomenſem. Anno dni. M. CCCCC. die vltimo Julii. Char. goth. foll.* 88. 4.

Bibl. P. Nor. Mittar. p. 443. *Bibl. coenob. Steingad.*

*2642. Laurentii vallae Elegancie de lingua latina: de pronomine Sui ad Joannem Tortellium. Lima quaedam per Antonium Mancinellum. *In fine: Impreſſum Venetiis impenſis Manfredi de Suſtrevo: et Georgii de ruſconibus ſocii. Anno ſalutis M. CCCCC. Die primo octobris. Regnante Auguſtino Barbadico Sereniſſimo Venetiarum principe. fol.*

Schnitzer III. p. 54. *Cat. Bibl. Hardt. Bibl. Heidegg.*

2643. Epiſtole Devotiſſime De Santa catharina de siena. (eſſendo ſtate adunate con grandiſſima diligentia e faticha per ſpatio di circa venti anni, per il Venerabile Servo di Dio Fra Bartholomeo de Alzano, da Bergamo, del Ordine de la Obſervantia de li Frati Predicatori) *Haec in fronte litteris capitalibus fol.* I. *a. Subiectum eſt* Privilegium Reipublicae Venetae ad decennium. *Fol. eod. b.* Epiſtola nuncupatoria typographi Al Reverendiſſimo Monſignore. D. Franceſco de Piccolhomini da Siena, Diacono Cardinale intitulato de S. Euſtachio. *Sequitur* Epiſtola Stephani Carthuſiani italica. *In fine* totius operis, Regiſtrum, *tum: Stampato in la Inclita Cita de Venetia in*

la

Digitized by Google

la (caſa) de Aldo Manutio Romano a di XV. Septembrio MCCCCC. Char. rom. cum ſign. et foll. num. fol.

Maitt. p. 719. Roſſi. p. 51. Capp. p. 110. Catal. Bibl. Pinelli IV. p. 16. Crevenna VI. p. 20. Bibl. R. Par. P. II. p. 353. De la Vall. I. p. 252. Clement VI. p. 423. Bibl. Götting. Serie p. 11. Foſſi l. c. T. I. p. 490.

2644. T. LVCRETII CARI. Libri ſex nuper emendati. *Praeit* Aldi Manutii epiſtola ad Albertum Pium Carporum Principem. *Hanc excipit* Hieronymi Auancii ad Valerium Superchium Piſaurenſem, medicinae doctorem et mathematices profeſſorem epiſtolà ſcripta Kalend. Martiis MID. *Sequitur* Hieronymi Avancii praefatio ad lectorem; et hanc excipit Expoſitio eorum quae ſingulis libris continentur. *In fine:* Hieronymi Auancii Veronenſis ingenio et labore. *Venetiis accuratiss. Apud Aldum, menſe Decem. M.D. Non licet ſic alteri cuiquam ſine mulcta, in Oris Venetis. Regiſtr. chartar. Char. rom. foll.* 107. 4.

Editio inter Aldinas prima, primaque cura Hieronymi Avantii, typis expreſſa. Maitt. p. 713. Freyt. Adpar. I. p. 99. ſqq. Catal. Bibl. Pinelli II. p. 343. Cat. Bibl. Erneſti p. 181. Strauſs opp. rar. p. 289. Serie p. 11.

2645. PAVLI OROSII viri doctiſſimi hiſtoriarum Libri VII. *Praeit* Oroſii praefatio ad Auguſtinum. *In fine:*

Vt ipſe titulus margine in primo docet.
  Oroſio nomen mihi eſt
Librariorum quicquid erroris fuit.
  Exemit Aeneas (Vulpes) mihi.
Quodſi ſitum orbis ſique noſtra ad temporà
  Ab orbis ipſa origine.
Quiſquam tumultus: bellaque et caedes velit
  Cladesque noſſe: me legat.

Paulii Oroſii uiri clariſſimi Ad Aurelium Auguſtinum epiſcopum et doctorem eximium Libri ſeptimi ac vltimi. Finis. *Impreſſi Venetiis: opera et expenſis Bernardini Veneti de Vitalibus. Anno ab incarnatione domini M.CCCCC. Die XII. Menſis Octobris. Regnante Domino Auguſtino Barbadico. Inſign. typogr. foll.* 79. *fol.*

Maitt. p. 712. Roſſi p. 58. Freyt. Adp. I. p. 276. Bibl. Lemberg.

2646. CENSORINVS de die natali; Neruae, Traiani et Adriani Caeſarum vitae ex Dione in Latinum verſae à Georgio Merula; Veſaeui conflagratio ex eodem Merula interprete; CEBETIS tabula. PLVTARCH. de differentia inter odium et invidiam. BASILII oratio de invidia et epiſtola de vita ſolitaria, Latine; POMPONII LAETI Compendium Romanae hiſtoriae ab interitu Gordiani usque ad Juſtinum III. *In fine: Impreſſum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus anno domini MCCCCC. die XII. Decembr.* 4.

Maitt. p. 720. Bolong. Crev. IV. p. 99. Poggio Notizie p. 149.

*2647. POGGII Florentini Facetiae. *Venetiis per Otbinum Papienſem* 1500. 4.

Cat. Bibl. Pinelli III. p. 326.

*2648. MARSILII FICINI Florentini de Chriſtiana Religione ad Laurentium Medicem opus aureum. *Venetiis impreſſit Ottinus Papienſis anno a natali Chriſt. MCCCCC.* 4.

Catal. Uffenb. App. p. 73. Bibl. Chriſt. I. p. 71. Catal. Bibl. Beck p. 110.

Digitized by Google

*2649. Mons Orationis (o ſia Monte d'Orazione, Italice) *Venetiis per Ottinum de Papia* 1500. 4.

Bolong. Crev. I. p. 172.

*2650. Marsilivs (ab ingen) de generatione et corruptione cum expoſitione egidii. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine:* Expliciunt queſtiones ſuper libris de generatione et corruptione Ariſto. per excellentiſſimum philoſophum Marſilium inguen diſputate. Ac etiam emendate per doctiſſimum artium et medicine doctorem magiſtrum Nicoletum verniam theatinum ordinarie philoſophiam in florentiſſimo gymnaſio patavino legebat (ſic) *Ac etiam impreſſe Venetiis per Magiſtrum Otinum de luna papienſem Regnante in lyto principe Auguſtino Barbadico Anno domini M.CCCCC. die XII. Martii. Char. goth. cum ſign. fol.*

Bibl. P. Nor. Foſſi l. c. T. I. p. 185. *Extat etiam editio Patauienſ. a.* 1480. *Cf. Annal. II. p.* 371. 44.

2651. Avgvstini niphi Sueſſani de diebus Criticis ſeu decretoriis lib. *Venetiis apud Jacobum Pincium de Leucho* 1500. *fol.*

Maitt. p. 738.

*2652. Gvilielmi hentisberi tractatus de ſenſu compoſito et diuiſo. Cum expoſitione &c. *Venetiis per Jacobum Pentium de Leuco.* 1500. 4.

Bibl. Schw. run.

2653. Habes in iſto volumine lector candidiſſ. qvatvor. primum approbatas religioſis quibuſque vivendi regvlas (S. Benedicti, S. Baſilii, S. Auguſtini, & S. Franciſci) Egregiaque nonnulla pariter: haud mediocre quidem emolumentum ſtudioſis omnibus ac deuotis: ſed et iucunditatem non modicam allatura. Que uero ſint omnia ſequenti intus facie (ni graue ſit) ſeriatim ſpecta. Inmortaleſque bonorum omnium largitori Deo optimo maximo gratias habe. Symbol. Bibliopol. *Haec color. rubr. fol.* 1. *a. In fine:* Collecta atque ordinata ſunt hec omnia, per D. Jo. Fran. Brixianum monachum congregationis ſce Juſtine ordinis Sci Benedicti de obſeruantia: ac per eundem iterum atque iterum emendata: peruiſaque diligenter. Ad omnipotentis dei laudem. Abſoluta vero *Venetiis* feliciter auſpiciis diui martyris Georgii: nec non monachorum cenobii: ipſius inuictiſſimi chriſti militis nomini digne addicati *Cura et impenſis nobilis uiri Luc. Antonii de Giunta Florentini. Arte et ſolerti ingenio magiſtri Joannis de Spira Anno ſalutis dominice. M. CCCCC. Idibus Aprilis. Deo gratias. Carmen ad lectores. Tabula operis. Regiſtr. Chart. Char. goth. cum ſign. & foll. num.* 4.

Maitt. p. 710. *Mittar. p.* 401. *Braun II. p.* 325. *Heinſchr. p.* 200. *Bibl. P. Nor. Foſſi l. c. T. I. p.* 283.

*2654. P. virgilii maronis opera cum commentariis quinque. *Venetiis a Lucantonio Florentino anno domini MCCCCC. die XXVII. Auguſti, cum priuilegio. fol.*

Cf. Heynii Ed. II. LXXXVIII. Editio ad Pincianam anni 1495. *expreſſa.*

2655. Ammonii parvi hermiae Commentar. in quinque voces Porphyrii Graece. *In fine graece: Venetiis impreſſus eſt ſumptu nobilis viri Nicolai Blaſti Cretenſis non ſine priuilegio anno a Chriſti natiuitate* 1500 *menſe Scirophorione exeunte die nona* (*i. e. die* 25. *Maii*) *Duce Auguſtino Barbadigo illuſtriſſimo hanc regiam urbem feliciter regente. fol.*

Maitt.

Digitized by Google

Maitt. p. 96. it. p. 712. not. 5. et p. 713. cf. not. 3. Cat. Bibl. Pinelli I. p. 210. Poggio Notizie p. 147.

2656. Galeni Therapeuticorum libri XIV. et ad Glaucúm Libri II. graece. *In fine graece: Venetiis impreſſus eſt praeſens liber ſumptibus nobilis et praeſtantis Viri domini Nicolai Blaſti Cretenſis, Regente Auguſtino Barbadico Sereniſſimo Regiam banc urbem dextre gubernante. Non tamen ſine priuilegio anno a natiuitate Chriſti milleſimo quingenteſimo Pycnepſionis incipientis die quinto. fol. mai.*

Maitt. p. 720. Deltoph. p. 86. Goetz II. p. 81. Myl. memorab. p. 184.

*2657. Missale ſecundum ordinem ſancti Dominici. *Praecedit* Kalendarium. *In fine:* Miſſale ſecundum morem et conſuetudinem fratrum predicatorum ordinis ſancti dominici diligenti ſtudio reuiſum emendatumque. *Impreſſum venetiis iuſſu et impenſis magiſtri Nicolai de francfort Alemani: Arte autem et ingenio Joannis Emerici de Spira feliciter explicit. Anno ſalutiferae nativitatis domini M.CCCCC. pridie nonas martii. Char. goth. 4. min.*

Maſch. Beytr. III. p. 92. ſq.

*2658. Magiſtri nicolai de orbellis Logica cum textu Petri Hiſpani. *Venetiis per Albertinum Vercellenſem die X. Martii MCCCCC.* 4.

Bibl. Anſpac. Roſſi p. 56.

2659. Valerivs maximvs cum commento Oliverii Arzignanenſis Vicentini. *Praeit* epiſtola Petri Bruti ad Oliuerium, et huius dedicatoria ad Petr. de Brutis. Illas excipit index auctorum &c. *In fine:* Opus Valerii Maximi cum noua ac praeclara Oliuerii Arzignanenſis viri praeſtantiſſimi examinata interpretatione: *impreſſum Venetiis accuratiſſime per Albertinum Vercellenſem anno noſtri ſaluatoris M.CCCCC. die V. menſis Julii. Char. rom. foll.* 209. *fol.*

Maitt. p. 713. Goetz III. p. 115. Freyt. Adp. I. p. 501. Bibl. Lemberg. Bibl. Erneſti p. 203. Bibl. Heidegg.

*2660. Prediche di Frate rvberto vulgare. *In fine:* Finiſce el Quadrageſimale del nuovo Paulo Frate Ruberto facto ad complacentia della Sacra Maeſta del Re Ferdinando, *impreſſo in Venetia per Meſſer Pietro da Pavia nel MCCCCC. a di 5. di Settembre regnante l'inclito Principe di Venezia Auguſtino Barbadigo. Char. rom.* 4.

Poggio Notizie p. 151.

*2661. Gregorii britannici Sermones funebres vulgares: litteraliterque pronunciandi. Item ſermones nuptiales pulcherrimi. *In fine: Impreſſum Venetiis per Johannem Thacuinum de Tridino M. d. k. marti.* (*ſic*) *Symb. typogr.* 8.

Foſſi l. c. T. I. p. 419.

*2662. Summule ioannis de monte ſuper Petrum hiſpanum. *In fine: Uenetiis impreſſioni deditum Anno domini M. CCCCC. die decima Januarii. Char. goth.* 4.

Bibl. P. Nor. Roſſi p. 56. Foſſi l. c. T. I. p. 792.

2663. Tvllivs de officiis cum commentariis Petri Marſi eiusque recognitione, cuius epiſtolas quaeſo perlegas: et in principio: et in calce operis editas. Inſunt praeterea paradoxa: de amicitia: de ſenectute: cum interpretibus ſuis. *Haec in fronte fol. 1. a. Praecedunt* epiſtolae Petri Marſi ad Raphaelem Rearium et ad Gonzagam Cardi-

Digitized by Google

Cardinalem Mantuanum. *In fine: Impraeſſum Venetiis MCCCCC. die X. decembris Anno nativitatis domini noſtri Jeſu Chriſti. Char. rom. foll. CLVII. fol.*

Maitt. p. 713. Helmſchr. p. 200.

*2664. Opere di PANFILO SASSO. *Venezia* 1500. 4.

Catal. Bibl. Pinelli IV. p. 361.

*2665. Opere de ANTONIO TEBALDEO: *Venezia* 1500. 4.

Catal. Bibl. Pinelli IV. p. 361.

*2666. TERENTIVS cum commentar. Donati & Calphurnii. *Venetiis* 1500. *fol.*

Roſſi p. 71.

*2667. JOANNES DE SACRO BVSCO Sphaera mundi. *Venetiis* 1500. 4.

Roſſi p. 56.

*2668, ANTONII CODRI VRCEI orationes, epiſtolae, ſylvae, ſatyrae, eclogae, epigrammata. *Venetiis* 1500. *fol.*

Schwarz I. p. 107.

2669. Meditatione contemplante del Sacratiſſimo Sacramento del corpo del noſtro redemptor Jeſu Chriſto di Santo DANIELE DI CASTELLO; tracto dello devotiſſimo di communione di PAVLO VERONESE. *Venetiis* 1500. *fol.*

Maitt. p. 724. Roſſi p. 52.

2670. HIERON. SALIVS de arte Medica. *Venetiis* 1500. *fol.*

Maitt. p. 725. Eſt potius Rhaſis filii Zachariae, Helchavis, hoc eſt, Liber continens artem medicinae per Hieronymum Salium erroribus purgatus et ornatus. Venetiis 1506. *fol. An editio anni* 1500. *adſit, dubito.*

2671. PETRI HISPANI theſaurus pauperum italice. *In fronte:* Qui incomincia el libro chiamato Teſoro di poveri compilato et facto per maestro Piero Spano. *In fine poſt tabulam: Stampata (ſic) in Venetia nel mille cinquecento a duo de novembrio. Laus deo et beate virgini. Char. rom. cum ſign.* 8.

Maitt. p. 712. Foſſi l. c. T. I. p. 794.

2672. AEGIDII COLVMNAE ROMANI Commentar. ſuper Ariſtotelis Analytica priora. *Venetiis* 1500. *fol.*

Maitt. p. 725.

2673. AEGIDII ROMANI Expoſitio ſuper libros Elenchorum Ariſtotelis: una cum Auguſtini de Biella ſeu Bugella de Meſchiatis Tractatu de Medio Demonſtrationis in defenſionem Aegidii. *Venetiis* 1500. *fol.*

Maitt. p. 725. not. 16.

2674. CICERONIS Tuſculan. Queſtion. cum annotationibus Beroaldi. *Venetiis* 1500. 4.

Maitt. p. 727.

2675. OVIDII Epiſtolae Heroides cum comment. Anton. Volsci et Hubertini Clerici Creſcentinatis. *Venetiis* 1500. *fol.*

Maitt. p. 727. Bibl. Menars. p. 139.

2676.

Digitized by Google

2676. CONSTANTINI de rebus Apollonii Tyrii Poema graec. *Venetiis* 1500. 4.

Maitt. p. 728. ex Catal. Jo. Meurſii p. 9. n. 11. et Nic. Heinsii P. II. p. 73. Apollonii Tyrii Hiſtoriam ab erudito quopiam monacho, ante multa ſaecula Latinitati traditam debemus Marco Welſero. Eam verſibus graeco barbaris politicis deſcripſit anno MD Conſtantinus quidam. Vid. Chph. Arnoldi praef. ad opp. Welſeri p. 9.

2677. DIONYSII NESTORIS Nouarienſis Lexicon ſeu dictionarium. *Venetiis* 1500. *fol.*

Maitt. p. 728.

2678. ROBERTI HOLKOT Ord. Praed. Praelectiones CCXII. in librum Sapientiae. *Venetiis* 1500. *fol.*

Maitt. p. 729. Quetif. l. c. I. p. 630.

2679. ROBERTI HOLKOT Tractatus de ſtudio Sacrae Scripturae. *Venetiis* 1500. *fol.*

Maitt. p. 729. An ſeorſim?

2680. EVSEBIVS de evangelica praeparatione a Georgio Trapezuntio e graeco in latinum ſermonem traductus, opus cuique fideli non ſolum vtile verum etiam iocundum et perneceſſarium noviſſime impreſſum et exactiſſime emendatum. *In fine:* Euſebii Pamphili viri diſſertiſſimi de praeparatione euangelica opus a doctiſſimo utriusque linguae interprete Georgio Trapezuntio e greco in latinum verſum *exactiſſima Venetiis impreſſum diligentia. Anno humanitatis domini MCCCCC. Die X. Menſis Nouembris. Char. rom. cum ſign. & foll. num. 65. fol.*

Maitt. p. 729. Goetz II. p. 283. Freyt. Adp. I. p. 632. Foſſi l. c. T. I. p. 651. Schw. II. p. 256.

2681. OFFICIVM ordinis S. Auguſtini. *Venetiis* 1500.

Maitt. p. 730. Forte continet Regulas huius ordinis?

2682. HIERONYMI SAVONAROLAE Sermones quamplurimi in Pſalmos, Italice, Voll. IV. *Venetiis* 1500. 4.

Maitt. p. 731.

2683. JOANN. GERSON de imitatione Chriſti Libri IV. et de meditatione cordis tractatus. *Venetiis* 1500. 8.

Maitt. p. 732. ex Bibl. Barberin. I. p. 467.

2684. VINCENTII FERRERII tractatus de vita ſpirituali tribus capitibus, de paupertate, de taciturnitate, de obedientia. *Venetiis* 1500.

Maitt. p. 732.

2685. DOMINICI DE FLANDRIA Ord. Praedic. Quaeſtiones in D. Thomam Aquinatem. *Venetiis* 1500.

Maitt. p. 734.

2686. DOMINICI DE FLANDRIA Quaeſtiones quodlibetales. *Venetiis* 1500.

Maitt. p. 734. ex Quetif. l. c. I. p. 894.

2687. PETRI DE NATALIBVS Catalogus ſanctorum, ſeu Collectio Vitarum ſanctorum. *Venetiis* 1500. *fol.*

Maitt. p. 735.

2688. Jasonis de mayno Commentarii ſuper Codice, Digeſto veteri et Infortiato; excuſi partim Venetiis partim Papiae circa 1500. fol.
Maitt. p. 735.

2689. Raphaelis raymundini cumani Commentar. in primam partem ff. novi. Venetiis 1500. fol.
Maitt. p. 735.

2690. Averrois Commentaria in Ariſtotelem, latine. Venetiis 1500. fol.
Maitt. p. 737. ex Nic. Anton. Bibl. Hiſp. II. p. 244.

2691. Baptistae de fabriano de ſenſu compoſito et diviſo. Venetiis 1500. 4.
Maitt. p. 738.

2692. Bernardus petrus de senis de ſenſu compoſito et diviſo. Venetiis 1500. 4.
Maitt. p. 738. not. 7. Ind. II. p. 240.

2693. Petrus paulus pergulensis de ſenſu compoſito. Venetiis 1500. 4.
Maitt. p. 738. not. 7. Ind. II. p. 124. Hi tres ſcriptores forte in una editione iunguntur.

2694. Alpharabius de intellectu latine. Venetiis 1500. fol.
Maitt. p. 738.

2695. Liber rhasis ad almansorem latine. Venetiis 1500. fol.
Maitt. p. 738.

2696. Gvilielmi brixiensis Practica medicinae. Venetiis 1500. fol.
Maitt. p. 738. Eſt forte a. 1508?

2697. Nicolai nicoli Florentini Sermones medicinales VII. Venetiis 1500. 4.
Maitt. p. 738.

2698. Georgii de monteferrato Expoſitio ſive commentar. in figuram Sphaerae. Venetiis 1500. 4.
Maitt. p. 739. Errorem latere ſub hac larva - Georgii de Monteferrato - hominis - mihi quidem ignoti - puto.

2699. Jo. philippi bergomensis Supplement. chronicar. Venetiis 1500. fol.
Maitt. p. 740.

2700. C. plinii Secúndi Epiſtolarum Libri X. et Panegyricus cum commentario Jo. Mariae Catanaei. Venetiis 1500. 4.
Maitt. p. 741. Extat Mediolanenſis cum commentario Catanaei anni 1506. Hanc apocrypham eſſe puto.

2701. Gregorii britannici Sermones funebres et nuptiales. Venetiis 1500. 8.
Maitt. p. 742.

2702. Nicolai statilii Paradoxa. Venetiis 1500. 4.
Maitt. p. 742. ex Bibl. Baluz p. 228. Statilium hunc, ego quidem, non noui - errorem ſubeſſe credo.

2703. Hieronymus ad Euſtochiam de regula uiuendi: de ſaeculari literatura in ſacris. Venetiis 1500.
Maitt. Ind. II. p. 486.

2704. Petri de alliaco in IV. libros Sententiarum. Venetiis 1500. 4.
Maitt. p. 711. not. 1.

*2705. Duranti Rationale divinorum officiorum. Venetiis 1500. fol.
Clement VII. p. 471. ex Bibl. Bodl. I. p. 380.

VENE-

Digitized by Google

SINE NOTA ANNI.

2706. M. T. CICERONIS de Oratore ad Q. Fratrem Libri III. *Incipit abſque praeuia notitia fol.* 1. *a. bis uerbis:* M. T. Ciceronis Ad Quintum Fratrem In Libros De Oratore Praefatio Incipit Foeliciter

(C) OGITANTI MIHI SAE

penumero et memoria uetera repetē-

In fine lin. ult: animos noſtros curamqꝫ laxemus. *Char. rom. eodem, quo Joannes Spirenſis* 1496. *Venetiis Ciceronis Epiſtolas ad familiares primum impreſſit. l.* 32. *foll.* 108. *Sine ſign. cuſt. & pagg. num. fol.*

Ad editionem Roman. anni 1469, *ut uidetur, expreſſa. Denis Suppl. p.* 540. *Catal. Bibl. Pin. III. p.* 16. *Bibl. P. Nor.*

2707. JOANNIS DE COLONIA, Germani, ſacrarum literarum profeſſoris eruditiſſimi opus, ampliſſimam ſubtiliſſimi doctoris IOHANNIS SCOTI: ut divinitus inſpiratam doctrinam. ſuper quatuor libris ſententiarum metaphiſice: de anima: et qdlibetis eiusdem: percompendioſe plena ſententia continens: per ordinem alphabeti egregie compilatum. *Praeit* tabulà queſtionum alphabetic. *foll.* 11. *Fol.* 12. (*poſt folium vacuum*): Incipiunt queſtiones magiſtri Johannis Scoti abbreviate et ordinate per alphabetum ſup. quattuor libris ſententiarum quodlibetis. q. methaphiſice et anima. *In fine:* Expliciunt. q. Jo. Scoti ſup. quatuor libris ſententiarum metaphiſice. et de aia. et quodlibetis eiusdem impreſſe p. Mgrm Vendelinum de Spira. Laus deo. *Char. rom. c. ſign. a-z. aa-qq. ſine cuſt. & pagg. num.* 4.

Denis Suppl. bis., p. 543. *et p.* 661. *Seemiller IV. p.* 126. *Hutteni Speier. Literargeſch. p.* 43. *ſqq. Foſſi l. c. T. I. p.* 561.

2708. Fra DOMENICO CAVALCA devoto e morale libro intitolato Specchio della Croce. *Ad calcem paginae primae legitur: Coradini de Coradinis Camertis. Fuit hic Correctſor Vendelini de Spira, unde ad eius officinam pertinere poteſt hic liber. Char. rom.* 4.

Denis Suppl. p. 534. *Mittar. p.* 114. *ubi epigrammata duo, libris a Vindelino impreſſis ſubiecta, quae Coradinum hunc autorem habent, leguntur. de la Vall. I. p.* 255. *Catal. Bibl. Pinelli IV. p.* 16.

*2709. Liber quatuor nouiſſimorum, CORDIALE nuncupatus. *Char. eod. quo Vindelin. de Spira* 1477. *Petri Lombardi ſententias impreſſit.* 4.

Bolong. Crev. I. p. 193.

2710. GEORGIVS MERVLA in librum de homine GALEOTI: Narnienſis. *Fol.* 1. *a.* Georgius Merula Alexandrinus Laurentio et Juliano Medices Salutem. *Fol.* 2. *a. incipit:* Georgii Alexandrini in librum de Homine Galeoti Narnienſis opus. *Finitur fol.* 43. *a. abſque ſubſcriptione. Sequitur* Georgii Merulae Interpretatio in Sapphus Epiſtolam. *Praeit fol.* 44. *a.* Epiſtola eiusd. ad Patricium Marcum Antonium Maurocenum. *Fol. eod. b.* Georgii Alexandrini in Sapphus Epiſtolam Interpretatio *incipit. Terminatur fol.* 61. *a. abſque ſubſcriptione. Agmen claudunt* emendationes in Plinium et Virgilium. Illae Antonio Chronico, hae Ludovico Gonzagae Mantuae principi dicantur, *quae fol.* 80. *d. absque ulla ſubſcriptione terminantur. Char. ut puto, Vendel. de Spira, cum ſign. a-m. ſine pagg. num. lin.* 28. *et* 29. *Graeca omnia expreſſa ſunt.* 4.

Denis Suppl. p. 616. *Bibl. Trew. Goetz II. p.* 207. *ubi ad ann.* 1481. *refertur.*

Digitized by Google

2711. FRANCISCI PHILELPHI Epiſtolae. *In fronte fol.* 1. *a. litteris quadratis:* FRANCISCI PHILELFI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS. *tum:* Franciſcus Philelſus Leonardo Juſtiniano Salutem Plurimam Dicit. *In fine lin. ult:* debeam. Vale. Ex Mediolane IIII. Idus Martias. M.CCCC.LXI. *Char. lat. ut Vindel. de Spira Apophtegmata Plutarchi* 1471. *Sine ſign. cuſt. & pagg. num. lin.* 37. *fol.*

Denis Suppl. p. 639. *Seemiller I. p.* 176. *de la Vall. II. p.* 752.

2712. POGGII FLORENTINI Facetiae. *Praeit* tabula. *In fine:* Poggii florentini Secretarii apoſtolici facetiarum liber abſolutus eſt feliciter. *Char. lat. Vindelini de Spira aut Nicolai Jenſon.* (*circa a.* 1471) *fol.*

Denis Suppl. p. 461. *Gaign. I. p.* 521.

*2713. ANGELI IO. DE GAMBIGLIONIBVS DE ARETIO ſuper tit. Digeſt. de Appellationibus. *In fine*

Impreſſum formis iuſtoque nitore coruſcans
Hoc vindelinus condidit artis opus.

74. LORENZO SPIRITO DA PEROSCIA il libro chiamato altro Marte della vita e geſti dello illuſtriſſimo Capitanio Nicolo Picino da Peruſa (Libri III. in terza Rima) *In Vicenza MCCCCLXXXIX. fol.*

Denis Suppl. p. 277. Catal. Bibl. Pinelli IV. p. 292. Capp. p. 356. in Venezia, forte per errorem typi.

MCCCCXC.

75. PIERO CRESCIENTO Cittadino di Bologna Il Libro della Agricoltura ad honore di Dio, e del Sereniſſimo Re Carlo. *In fine: Impreſſum hoc Opus Vicentie per me Leonardum de Baſilea die XVII. Menſis Februarii Anno Domini M. CCCC. LXXXX. Sequitur tab. capitulor. Char. rom. fol.*

Maitt. p. 524. Mittar. p. 132. Roſſi p. 55. Faccioli l. c. p. 12.

76.

Digitized by Google

76. MANVELIS CHRYSOLORAE erotemata graecc et latine. *Praeit* Alphabetum, Pater noſter, Ave Maria &c. *In fine: Impreſſum Vincentiae per Magiſtrum Leonardum de Baſilea MCCCC LXXXX. die Primo menſis ſeptembris. Char. gr. inform. lat. eleg.* 4.

Denis Suppl. p. 287. *Gemein. p.* 201. *Laire II, p.* 155.

*77. ROLANDINVS Notarius Bononienſis ſuper Summa Notariae quae AVRORA nuncupatur cum additionibus Petri de Vnzola, Notarii Bononienſis et Iuris periti doctiſſimi, quod opus pro ſui excellentia moderni Meridianum appellant. *In fine: Finis: Impreſſum uincentie per Magiſtrum benricbum* (*ſic*) *de ſancto Urſo die. XIII. menſis ianuarii MCCCC LXXXX. Acc. tabula cum regiſtr. chartar. Char. rom. cum ſign. fol.*

Mylii memorab. p. 182. *Seemiller IV. p.* 159. *Catal. Scapini p.* 436.

78. LEGES Municipales Reipublice Vicentine, que cum ſumma equalitate conſtituta ſunt. *In fine: Impenſa et diligentia maxima Simonis de Papia dictus* (*ſic*) *Bevilacqua impreſſum boc opus preclariſſimum Vincentie. M. CCCC LXXXX. vigeſima tertia die Januarii. Char. lat. fol.*

Denis Suppl. p. 296. *Catal. Bibl. Pinelli I. p.* 193. *Faccioli l. c. p.* 32.

M CCCC XCI.

79. Preclariſſimus liber Elementorum EVCLIDIS perſpicaciſſimi in artem Geometrie (latine) *In fine:* Opus elementorum euclidis megarenſis in geometricam artem. In id quoque Campani perſpicaciſſimi Commentationes finiunt. *Impreſſum Vincentie per Magiſtrum Leonardum de Baſilea et Gulielmum de Papia Socios. Anno ſalutis. M.CCCC. LXXXXI. Vigeſimo Calend. Juñ. Lector vale. Char. rom. cum ſign. a - n. fol.*

Maitt. p. 531. *Mittar. p.* 148. *Roſſi p.* 61. *Myl. memorab. p.* 497. *Faccioli l. c. p.* 12. *Clement VIII. p.* 145 *not. Catal. Baduel III. p.* 5. *Foſſi l. c. T. I. p.* 644 *Bibl. Heidegg.*

*80. HERBOLARIVM ſeu de virtutibus herbarum. *Praecedit* Prologus, *qui fol.* 2. *a. incipit.* Pars huius folii ligneo includitur ornamento, cuius in ſuperiori parte repraeſentantur Arnaldus de Villa Nova et Avicenna ſedentes deque herbis diſputantes. *In fine fol. CL. b.* Finiunt (ſic) Liber vocatus herbolarium de virtutibus herbarum. *Impreſſum Vincentiae per Magiſtrum Leonardum de Baſilea et Guilielmum de Papia Socios. Anno ſalutis M. CCCC LXXXXI. die XXVII. menſis Octob.* Deo Gratias. *Sequitur* Particula ſecunda De ſimplicibus laxativis linitivis ſeu lubricativis ſuperioribus antiquis deſervientibus. Index. *Tum:* FINIS. Deo Gratias. *Char. rom. cum ſign. & figg. berbar. ligno inciſ.* 4.

Foſſi l. c. T. I. p. 765. *Laire Ind. II. p.* 169.

81. CONSTANTINI LASCARIS Grammatica graecolatina. *Vicentiae per Leonardum de Baſilea M. CCCC LXXXXI. finita XXIII. Decembris.* 4.

Denis Suppl. p. 310.

*82. ALTOBELLO. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol.* 2. *a.* Incomentia il libro delle battaglie de li baroni di franza sotto il nome di lardito et gaiardo giovene Altobello ne le quale molte belle et digne coſe se gli puo vedere. *Sequitur* poema 35 Cantus vel Cantica complectens. *In fine totius operis:* FINIS. Fin dela hiſtoria de altobello e di re troiano ſuo fratello lo quale ſe leze li gran fati de carlo magno e di orlando ſuo nipote e ſimilmente de renaldo e delialtri paladini li quali fezeno gran guere contra la

bestial

Digitized by Google

beſtial ſecta e maledeta di macometo e delialtri infideli cani per exaltare la integra e perſeta fede dela exelentiſſima republica chriſtiana. *Impreſſa in vicenza per maeſtro Simon de gabis dicto bivelaqua de pavia. M.CCCC. LXI.* (*probabiliter ita exprimitur annus* 1491.) *Adi vinti de novembrie. Sequitur Regiſtrum. Char. rom. cum ſign. col.* 2. 4.

Foſſi l. c. T. I. p. 81.

MCCCCXCIII.

83. Petri de natalibus Catalogus Sanctorum. *Fol.* 1. *a. litteris capital. partim rubris legitur:* Omnipotenti Deo: Immaculatae Semper Virgini Mariae: Vniverſaeque Caeleſti Curiae Splendori: Et Animabus Noſtris Vtilitati. Catalogus Sanctorum Et Geſtorum Eorum Ex Diverſis Voluminibus Collectus Editus A Reverendiſſimo In Chriſto Patre Domino Petro De Natalibus De Venetiis Dei Gratia Epiſcopo Equilino. *Fol. eod. ſequitur* Antonii Verli Vicentini ad lectorem endecaſyllabon. *Fol. eod. b. Eiusdem* Praefatio extat. *Fol.* 2. *incipit* Prologus; *hunc excipit fol.* 3. Diuiſio totius operis: per tempora revolutionis anni. *Fol.* 6. *incipit opus praemiſſo prologo. In fine:* Catalogi ſanctorum per reuerendiſſimum dominum petrum de natalibus Uenetum epiſcopum equilinum editi opus finit: *Vicentiae per Henricum de ſancto urſio librarium ſolerti cura impreſſum: Auguſtino Barbadico inclyto uenetiarum duce: Anno ſalutis. MCCCC. LXXXXIII. pridie idus decembris. Laus Deo c. regiſtr. chart. et* 5. *foll. vitas ſanctorum, de quibus in opere nulla mentio facta eſt, continentibus. Char. rom. ſine cuſt. & pagg. num. col.* 2. *fol.*

Editio originalis. Maitt. p. 568. *Venetiis - male! Mittar. p.* 290. *de la Vall. III. p.* 81. *Denis Suppl. p.* 352. *Strauſs opp. rar. p.* 180. *Gemein. p.* 215. *Braun II. p.* 251. *Seemiller IV. p.* 39. *Bibl. Heidegg. Bibl. P. Nor.*

MCCCCXCVI.

84. Clavdianvs. *Vicentiae MCCCCXCVI. fol.*

Maitt. p. 630. *Editio aeque dubia, ac illa anni* 1498. *quam idem p.* 664. *affert.*

MCCCCXCIX.

85. Opus martiani capelle de Nuptiis Philologie et Mercurii libri duo de grammatica. de dialectica. de rhetorica. de geometria. de arithmetica. de aſtronomia. de muſica libri ſeptem. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol. eod. b.* Epiſtola nuncupatoria Franciſci Vitalis Bodiani, editoris, ad Joann. Chaeregatum Epiſc. Catharenſem. *In fine:* Martiani Capellae Liber finit. *Impreſſus Vicentiae Anno Salutis M.CCCC. XCIX. XVII. Kalendas Januarias per Henricum de Sancto Vrſo Cum gratia et priuilegio decem annorum: ne imprimatur neque cum commentariis: neque ſine: et coetera: quae in ipſo priuilegio continentur. Laus Deo et beatae Virgini. Errata, Regiſtr, chart. typogr. inſign. Char. goth. ſine cuſt. & pagg. num. fol.*

Editio princeps. Maitt. p. 689. *Editio Veneta, quam affert Bunemann ex Catal. Bibl. Amerb. p.* 48. *apocrypha eſt. Roſſi p.* 74. *Mittar. p.* 110. *de la Vall. II. p.* 693. *Deltoph. II. p.* 135. *Goetz III. p.* 35. *Seemiller IV. p.* 109. *Foſſi l. c. T. I. p.* 460. *Bibl. Götting. Bibl. P. Nor.*

Digitized by Google

SINE NOTA ANNI.

86. Johannis de gandano (Gandavo) Expoſitio ſuper libro de ſubſtantia Orbis. *Item* Quaeſtiones ſuper eodem libro. *Vincentiae impenſa ingenioque Henrici de Sancto Vrſo. fol.*

Denis Suppl. p. 569.

87. Legende de beati del terzo Ordine de ſancto Franciſco. Sunt VII. *In fine: Stampato in Vicenza per maiſtro Rigo (Henrico) de Sancto Vrſo. Pag. ſeq. aliae XIII. inſcriptae:* Del terzo ordine de ſancto Franciſco, ſecondo che dicano le conformitte de Sancto Franciſco (i. e. Liber Conformitatum Barth. Albitii O. M.) *Char. lat.* 4.

Mittar. p. 242. *Denis Suppl. p.* 602.

88. Joh. matthie tyberini liberalium artium et medicine doctoris ad magnificos rectores ſenatum populumque brixianum relatio de Judeorum quorundum malitia in puerum chriſtianum facta. *Data eſt Tridenti* - 1475. *In fine: In ſancto Vrſo Vincen. Diſtrict. Joannes de Reno impreſſit. Char. lat.* 4.

Denis Suppl. p. 683. *Faccioli l. c. p.* 22.

*89. Queſtio de reſtauratione humidi compilata ab excellentiſſimo Mg° sigismvndo de forcastris *die III. menſis Auguſti MCCCCLXXIII. In fine: Per me magiſtrum Johannem de Reno. fol.*

Vidit Cl. Morelli.

90. Pavli orosii Hiſtoriae per Aeneam Vulpem caſtigatae. *In fine:*

Vt ipſe titulus margine in primo docet:
Oroſio nomen mihi eſt.
Librariorum quicquid erroris fuit
Exemit Aeneas mihi
Meque imprimendum tradidit non alteri
Hermanne: quam ſoli tibi.
Hermanne nomen huius artis et decus:
Tuaeque laus Coloniae
Quod ſi ſitum orbis: ſique noſtra ad tempora
Ab orbis ipſa origine
Quiſquam tumultus bellaque et caedes uelit
Cladesque noſſe: me legat.

Ergo Vicentiae per Hermannum Liechtenſteyn Colonienſem circa ann. 1475. *fol.*

Maitt. p. 747. *Bolong. Crev. IV. p.* 31. *Laire Ind. I. p.* 160. *Extat etiam editio ſ. nota anni Veneta.*

*91. Matthaei sylvatici opus pandectarum medicinae. *In fine:* Opus pandectarum medicine emendatum per eximium. Matheum Moretum brixianum. Bononie in medicina et aſtronomia legentem. *Et impreſſum per Hermanum lichtenſtein colonienſem probatiſſimum librarie artis exactorem Vincentie. fol.*

Bibl. P. Nor.

Digitized by Google

CLXXIX. VIENNAE AVSTRIAE.

MCCCCLXXXII.

1. Tractatus diſtinctionum IOHANNIS MEYGER. *In fine:* Explicit Manipulus diſtinctionum Lectoris Johannis Meyger *impreſſum Wienne anno Domini M.CCCC LXXXII. Char. goth. lin.* 38 - 40. *foll.* 11. 4.

Denis Wiens Buchdr. geſchichte p. 1. ubi typographo tranſeunti, at ignoto, datur. Eiusd. Suppl. p. 153.

2. GVIDONIS DE MONTE ROTHERII Manipulus Curatorum. *Orditur* a Regiſtro et Dedicatione ad Raymundum Epiſcopum Valentinum *cum ſequenti inſcriptione:* Reuerendo in xpo patri ac dno Raimundo diuina prouidentia ſancte Valentie epiſcopo ſuorum deuotorum minimus Guido de monte rotherii etc. *In fine:* Curatorum manipulus. finit feliciter *Impreſſum Wienne. Anno Domini M:CCCC. LXXXII. Char. eod. goth. min. cum ſign. usque yy. foll.* 86. 4.

Denis Suppl. p. 154. *Eiusd. Nachtr. zur Buchdr. Geſchichte Wiens p.* 27.

3. AEGIDII COLVMNAE Rom. O. S. Aug. Errores Philoſophorum. *In fine:* Explipliciunt errores philoſophorum ariſtotilis auerrays. Auicenne Algazelis. Alkindi Rabimoyſi collecte a fratre Egidio ordinis ſancti auguſtini. *Impreſſum Wienne Anno d. MCCCCLXXII.* (*Legendum eſſe LXXXII, putat cl. Denis*) *Char. eod. goth. minut. ſine cuſt. & pagg. num. ſed prima duo folia ſignaturas habent.* 4.

Denis Suppl. p. 143. *Eiusd. Nachtr. p.* 28.

4. Doctrina egregii magiſtri GERSONIS Cancellarii pariſienſis de Confeſſione et abſolutione. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Accedit* Tr. de abſolutione ab excommunicatione. *Item:* Conſiderationes XXV. de confeſſionibus audiendis. Modos iniungendi penitentiam multum vtiles contra recidiuum. Doctrina de probatione ſpirituum. Libellus contra aſſerentes communionem utriusque ſpeciei eſſe de neceſſitate ſalutis. *In fine: Impreſſum Wienne anno domini MCCCCLXXXII. Char. eod. goth. min. cum ſign. lin.* 39. *foll.* 11. 4.

Seemiller II. p. 113. *Denis Suppl. p.* 150. *Eiusd. Nachtr. p.* 30.

MCCCCLXXXVI.

5. GRAMMATICA noua. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol.* 2. *a.* Johannis caſſis ciuis Uuienenſis (cui praeſens opuſculum ad imprimendum traditum eſt) praefatiuncula incipit. *In fine fol. LXVII. b.* Artis grammatice introductorium. In octo partes orationes In conſtructiones In epiſtolas conficiendas! fere ex Nicolai Peroti grammatici eruditiſſimi tradicionibus a mgro bernardo perger tranſlatum ſtudioſiſſime finit feliciter. Vna cum tractatulo perutili proſodie et arti metrorum ſubſeruienti. *Sequitur* Tabula *in cuius fine:* Et ſic eſt finis Deo. grãs. *Anno dni M. CCCC. LXXXVI.* (*Cl. Seemiller Viennae in Auſtria a Joh. Caſſe impreſſum fuiſſe hunc libellum putat.*) *Char. goth. cum ſign. & pagg. num.* 4.

Seemill. III. p. 55. *Strauſs opp. rar. p.* 255. *Denis Suppl. p.* 215.

Digitized by Google

MCCCCXCII.

*6. A. FLACC. PERSII Satyre. *In fine: Impreſſum Wienne anno dni* 1492. *Char. goth. Joannis Winterburgii, ad cuius primordia Viennenſia pertinere videtur haec editio.* 4.

Denis Wiens Buchdr. Geſch. p. 691. *Bibl. Götting. Bibl. Coenob. Lambach. Khauz von der wahren Epoche &c. p.* 12.

MCCCCXCIII.

*7. Moderna (forte modeſta ſiue moderata) reuocatio cuiusdam garrientis contra ſummi Pontificis auctoritatem et religioſorum mendicantium Priuilegia (Facultas theologica Viennenſis defendit hoc ſcripto bullam Pontificis Alex. VI. qua damnatae ſunt propoſitiones cuiusdam lectoris Acad. Viennenſis dicti Kallenmarck) *S. l. at veriſimiliter Viennae*, 1493. 8.

Meuſel. Magaz. II. p. 169 *n.* 169.

MCCCCXCIV.

8. HIERONYMI BALBI vtriusque iuris doctoris nec non poete atque oratoris inſignis: opuſculum epigrammaton feliciter incipit. *Dicatur:* Magnificis et ſapientiſſimis dominis pro ſereniſſimo Romanorum rege in terris hereditariis regentibus integerrimis. *In fine:* Hoc inſigne opus multiplici uarietate refertum *exaratum fuit induſtria Johannis Winterburg in celeberrima urbe Wiennen. Annis domini* 1494. *Kalendis auguſti Maximiliano Romanorum atque vngarie Rege ſereniſſimo feliciter regnante. Char. goth.* 4.

Denis Wiens Buchdr. Geſch. p. 2. *Eiusd. Merckw. der G. B. p.* 3. *Eiusd. Suppl. p.* 361. *Cf. Hieronymi Balbi Opera poetica &c. a Joſepho de Retzer collecta Vol. I. p. XXXIV. ubi uberior de editionibus horum Epigrammatum notitia extat.*

9. JOHANNIS ANGELI Ephemerides coeleſtium motuum usque ad annum 1500. *Viennae (per Johannem Winterburger)* 1494. 4.

Denis Suppl. p. 360. *Eiusd. Wiens Buchdr. Geſch. p.* 7. *Cl. Seemiller in Schediaſmate ſingulari Ingolſt.* 1791. 4. *edito, doctiſſime de Joh. Angelo egit.*

10. Conſtitutiones Synodales Cathedralis Eccleſiae Strigonienſis. *In fine:* Finiunt conſtitutiones feliciter Synodales, Eccleſie Cathedralis Strigonienſis Dioceſis, *Vienne impreſſe per Joannem Winterburg cura et expenſis Theobaldi Feger Librarii et Conciuis Budenſis. Anno ſalutis* 1494. *die quarta decima menſis Aprilis.* 4.

Denis Wiens B. G. p. 7. *Eiusd. Suppl. p.* 365.

MCCCCXCVI.

11. JOSEPHI GRVENPECK Pronoſticon ſiue (*ut alii volunt*) Iudicium ex coniunctione Saturni et Iouis Decennalique reuolutione Saturni Ortu et fine Antichriſti ac aliis quibusdam interpoſitis prout ex ſequentibus claret preambulis hic inſeritur. *Icon figurae coeli tempore coniunctionis* 1484. *Praefatio* ad Lectorem et ad Chriſtophorum Ep. Pataviens. *In fine:* Finit pronoſticon ex ſiderea coniunctione Saturni et iouis Decennalique reuolucione eiusdem ſaturni felici numine *Per Johannem Winterburg in inclita wienenſi ciuitate taliter effigiatum Anno domini. M.CCCC.LXXXXVI. Sequuntur* Addiciones ex iudiciis aſtronomicis Criſtiani ex clagenfurt. *Char. goth. cum ſign. foll.* 16. (*Extant exempla in quibus omiſſa eſt tota ſubſcriptio.*) 4.

Denis Suppl. p. 408. *Eiusd. Buchdr. Geſch. Wiens p.* 8. *Cf. Eiusd. Nachtr. p.* 6. *it. A. D. Bibl. Vol. LI. P. II. p.* 511. *ubi de auctore eiusque operibus uberior notitia extat.*

MCCCCXCVII.

Digitized by Google

MCCCCXCVII.

12. L. Apvlei Platonici et Ariſtotelici philoſophi Epitoma diuinum de mundo Seu Coſmographia ductu Conradi Celtis Impreſſum Vienne. *Tum, paruo interiecto ſpatio:* Epiſodia Sodalitatis litterarie Danubiane ad Conradum Celtem dum a norico gymnaſio ad Uiennam Pannonie conceſſerat. Celtis Epiſtola ad Joannem Fuſemannum (Fuchsmagen) et Joann. Gracium Pierium (Krachenberger) ſodalitatis liter. Danubianae Principes, *ſubſcripta: wienne kalendis Nouembribus orbe noſtro chriſtiano.* 1497. *In fine: Impreſſum per Joannem de hiberna arce (Winterburger) Haud procul a ripis Rhenanis Et vrbe inuentrice et parente impreſſorie Artis Moguntiaco feliciter. Char. goth. fol.*

Denis Wiens Buchdr. Geſch. p. 3. Schelh. amoenit. eccl. et litter. T. I. p. 808. Denis Suppl. p. 420. ſq. Conr. Celtem minime impreſſorem ſed autorem et promotorem tantum impreſſionis fuiſſe. conſtat. Hoc enim uerbo - ductu - indigitare uolebant ueteres. Cf. Schier de primis Vindob. typogr. p. 18.

MCCCCXCIX.

13. Missa De Requiem. *Ad lectorem:*

Ut veniam poſcas defunctis rite animabus
Sepe deo mentis munera pura feras.
Sic etiam pietas ſera te morte ſequetur
Nam redeunt donis uberiora datis.

In fine: Finit Feliciter Vienne per Joannem Winterburg. 1499. *Char. goth. fol.*

Denis Suppl. p. 470. Eiusd. Wiens Buchdr. Geſch. p. 11.

MD.

14. In hoc libello Continentur Septenaria ſodalitas litteraria Germanie Auſonii Sententie ſeptem Sapientum ſeptenis verſibus explicate. Eiuſdem Auſonii ad drepanum de ludo ſeptem ſapientum. Epiſtola ſancti Hieronymi ad magnum Oratorem vrbis de legendis et audiendis poetis. *In fine: Impreſſum Vienne ductu Conradi Celtis Anno M Quingenteſimo ſeculari.* (*typis Joh. Winterburg*) 4.

Maitt. p. 711. Denis Wiens Buchdr. Geſch. p. 11. ſq.

*15. Arbor Conſanguinitatis &c. *Haec in fronte fol. 1. a. In fine:* Finit Tractatus Magiſtri Johannis Andree ſuper Arboribus Conſanguinitatis Afeinitatis nec non ſpiritualis Cognationis *Anno Domini Milleſimo quingenteſimo Impreſſum Vienne per Johannem Winterburg Die viceſima ſecunda Junii. Char. rom. cum 3. arborib. lign. inciſ.* 4.

Denis Wiens Buchdr. Geſch. p. 13.

*16. Regvle grammaticales Antiquorum cum earundem declarationibus et multis argumentis poſitis circa unamquamque regulam in ſpeciali. *Haec in fronte fol. 1. infra figura viri ſtantis & legentis. In fine:* Expliciunt regule grammaticales antiquorum cum earundem declarationibus ac argumentis *Impreſſe Uienne per Johannem winterburg* 1500. *Char. goth. min. foll.* 12. 4.

Denis Wiens Buchdr. Geſch. p. 13. Eiusd. Merckw. der G. B. p. 241.

Digitized by Google

SINE NOTA ANNI.

*17. Algorismvs. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol. eod. b.* Opus Algoriſmi Iocundiſſimū Mgri georgii pevrbachii Wiennenſis (preceptor ſingularis Mgri Joannis de Monteregio) ſacre mathematice inquiſitore ſubtiliſſimo ſumma cum vtilitate editum. *In fine: Impreſſum. Uienne per Joannem Winterpurg foll.* 6. 4.

Collectio noſtra.

18. Dionisii alexandrini philozophi de ſitu orbis Tranſlatio per Priſtianum (Priſcianum) grammaticorum principem. *In fine: Impreſſum Vienne a Joanne Winterburg* Emendatum autem a L. (Lectore) Joanne Cuſpiniano artis et humanitatis profeſſoris qui publice hunc libellum in ſtudio Viennenſi interpretatus eſt. *Char. lat. circa* 1493 - 1494. 4.

Denis Merkw. der G. B. p. 297. *Denis Suppl. p.* 553.

19. Tabvla Minutionum ſuper meridiano Budenſi Anno domini MCCCCXCV. kalendarium aſtronomicum cum ſolitis indicationibus. *In fine Scutum Hungariae, et: Impreſſum Wienne Per Joannem Winterburg. Hec (Joh.) Muncz. Autor hic Blavobūranus, Canonicus ad D. Stephanum. Annus editionis veriſimiliter* 1494. *Char. goth. rubro nigro fol. ſecundum latum.*

Denis Wiens B. G. p. 296. *id. Suppl. p.* 617.

20. Missale Defunctorum. *Icon Purgatorii. In fine: Impreſſum Vienne per Joannem winterburger. Sigillum. Char. goth. rubro nigro. fol.*

Denis Wiens B. G. p. 299. *Eiusd. Suppl. p.* 619.

21. Liber hymnorum prvdencii. *Pracit* Carmen ad Lectorem et Dicatio ad Joh. Gracchum Pierium (Krachenberger) Maximiliani I. Protonotarium Joh. Cuſpiniani editoris. *In fine:* Aurelii Clementis Prudentii Cathemerimon finit. *Impreſſum Uienne per Johannem Winterburg. Post* 1490. *Char. goth.* 4.

Denis Wiens B. G. p. 298. *Eiusd. Suppl. p.* 644.

*22. Diui dni Friderici Tercii Imperatoris ſemper Auguſti Obitus exequieque felices ſequuntur. *In fine: Impreſſum Wienne per Johannem Winterburg Theo. de Wyck compoſitor (ſc. litterarum in typographia Winterburgi, non auctor opuſculi) Char. goth. foll.* 4. 4.

Denis Nachtr. p. 81. *Cf. Lambach. Bibl. antiq. Vindob. p.* 117. *ubi Conductus Funebris Imperatoris Friderici III. Viennae Auſtriae per Johannem Winterburg* 1494. 4. *excitatur.*

23. A Malafranczos morbo Gallorum preſervatio ac Cura a bartholomeo steber Uiennenſi artium et medicine doctore nuper edita. *Icon Valetudinarii.* Hieronymi Balbi ad lectorem Epigramma:

Tanquam pauca forent volucris diſcrimina vite
  En nova iam toto ſerpit in orbe lues
Membra tument ſanie: tumet atro puſtula virus
  Fedaque tabeſcens vlcera corpus arant.
Sed bene quod chiron noſtroque epidaurius euo
  Attulit optatam bartholomeus opem.

Auto-

Digitized by Google

Autoris epiſtola ad Briccium Prepoſt. Theologum et Rectorem Univerſit. Vienn. *In fine: Impreſſum Uienne. per Jo. w. id eſt: Johannem Winterburg. Briccius Rector fuit ab Octobri an. 1497. ad Aprilem an. 1498. Inde tempus impreſſionis. Char. goth.* 4.

Denis Wiens B. G. p. 297. Eiusd. Suppl. p. 671.

CLXXX. VIENNAE IN DELPHINATU.

MCCCCLXXXI.

1. Nicolai de clemangis de lapſu et reparatione Iuſtitiae Tractatus ad Philippum Burgundiae ducem. *Viennae MCCCCLXXXI.* 4.

Maitt. p. 427. March. hiſt. p. 74. Denis Wiens Buchdr. geſch. Praef. p. 5.

MCCCCLXXXII.

2. (Nicolai de clemangis) Diſputatio habita per ſcriptum ſuper materia Concilii generalis cum quodam Scholaſtico Pariſienſi. *Viennae* 1482. 4.

Maitt. p. 439. Denis ibid. ad ann. 1481. refert.

*3. Reſponſio, quod vacantiae ac ſervitia nullo iure ſint debita. *Viennae* 1482. 4.

Denis l. c. ibid.

MCCCCLXXXIV.

4. Liber appellé L'Abuſé de Court (en Court), qui ſe complaint à l'Acteur du temps perdu, qu'il a faict tout le temps de ſa vie; et l'Acteur lui donne ſon enſeignement, et à toutes perſonnes; *par Pierre Schenck à Vienne* 1482. 4.

Maitt. p. 453. Bibl. R. Par. B. L. P. I. p. 577. de la Vall. II. p. 278. Denis l. c. ibid.

SINE NOTA ANNI.

*5. Traité des eaues artificielles et les vertus et propriétés d'icelles prouffitans aux corps humains. *In fine: Ce présent traictier imprimé a Vienne par maitre Pierre Schenck. Char. goth. cum ſign.* 4.

Laire Ind. II. p. 149.

*6. Cy commence le hiſtoire et pacience de Griſelidis. *In fine:* Cy finit Greſilidis. *Char. eod. Petri Schenck, cum ſign. et figg. foll.* 20. 4.

Laire Ind. II. p. 145.

CLXXXI. VIQVERIAE.

MCCCCLXXXVI.

*1. Alexandri de imola Poſtillae ad Bartholum. *In fine: Jacobus de Sto Nazario impenſa Dni Auguſtini Datberi Dominique Andraeae Sillae. Impreſſ. diligentiſſime in lucem edidit Viqueriae Calendis Juniis M. CCCC. LXXXVI. Char. goth. cum ſign. fol.*

Laire Ind. II. p. 53. Ignorare ſe confitetur Laire, in quanam Italiae portione ſita ſit Viqueria. Num vero coniectura Cl. Boni, qui putat ſub hoc nomine latere Voghera in ditione Pavienſi, admittenda ſit, alii iudicent. Cf. Eiusd. Lettera ſeconda &c. p. LXVI. Jacobus hic de Sancto Nazario poſtea Mediolani impreſſit.

Digitized by Google

CLXXXII. VITERBII.

MCCCCLXXXVIII.

1. Servii honorati Libri duo, de ultimarum Syllabarum Natura et de centum Metrorum Generibus. *Viterbii. M. CCCC. LXXXVIII. Januarii XII.* 8.

Maitt. p. 498. March. Hiſt. p. 83. Tiraboſchi l. c. p. 443.

CLXXXIII. ULMAE.

MCCCCLXXIII.

1. Opus de miſterio miſſe. Domini fris alberti magni: quondam Epiſcopi Ratiſponenſis. Incipit feliciter. *In fine:* Opus de miſterio miſſe, dni Alberti, magni autoritate radians! In quo nichil traditur aut docetur, quod non ſcripturarum dignis teſtimoniis comprobetur! *In opido imperiali Vlm! per Johannem Czeyner de Reutlingen ſumma cum diligentia impreſſum. Anno a natiuitate dni M.CCCC.LXXIII. die XXIX. menſis Maii Feliciter finit. Char. goth. liter. initial. ab initio fere usque ad medium lign. inciſ. fine cuſt. & pagg. num. foll.* 135. *fol.*

Denis Suppl. p. 20. Seemiller I. p. 46. Braun I. p. 158. Strauſs monum. p. 112. Gras p. 10. Helmſchr. p. 18. Catal. Bibl. Pinell. I. p. 113. Bibl. Heidegg. Zapf. Schwab. Buchdr. Geſch. p. 52. Johannem Zeinerum hunc, Ulmenſem primum typographum, uſum adhuc fuiſſe characteribus ſculptis ſolubilibus, ut Schelhornius in Diatr. praelimin. ad Quirin. libr. de opt. ſcr. edit. aſſerit, vix credo. Characteres, quibus uſus eſt Zeinerus hic Ulmenſis, omnino rudes, tamen, ſi accuratius conſiderantur, aequales ſunt, ergo non ſculpti, ſed fuſi.

2. Gvilelmi dvranti rationale diuinorum officiorum. *Praemittitur* Rationalis (diuinorum officiorum) libri regiſtrum &c. *foll. 2. Folium 3. quo:* Rationale diuinorum officiorum incipit, *ornamento, ligno inciſo, decoratum eſt. In fine fol CCLXIIII. a.* Rationalis preſens diuinorum officiorum liber capitalium decoratus venuſtate aſt rubricationibus accuratius diſtinctus. *Per diſcretum iohannem zeiner de Rutlingen procreatum vrbe Vlm comorantem cum diligentia impreſſus. Cum trinitatis ſumme et indiuidue adiutorio conſummatus Anno dni Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tercio, die tercio vero decembris. Char. goth. litt. init. ligno inciſ. col. 2. fine cuſt. & ſignat. at cum folior. num. usque CCLXIIII. fol. mai.*

Maitt. p. 323. it. p. 332. not. 1. Clem. VII. p. 468. Laire Ind. II. p. 300. Soubiſe p. 39. Catal. Bibl. Pinelli I. p. 130. Zapf l. c. p. 53. Bibl. P. Nor. ubi, non illa apocrypha Reutlingenſis editio, quam Saubert. Hiſt. B. N. p. 123. peſſime excitauit, ſed haec Ulmenſis extat. Saubertum proh dolor! multi alii ſecuti ſunt - male quidem!

3. Johannis boccacii de Certaldo de mulieribus claris liber. *Praecedit* regiſtrum *cui ſequens praemiſſa eſt notitia:* Libri Johannis Boccacii de Certaldo, de mulieribus claris, ad andream de acciarolis de florentia alteuille comitiſſam Rubrice incipiunt feliciter. *foll. 2. Fol 3. a. incipit* epiſtola nuncupatoria, *ſic:* Johannes boccacius de Certaldo mulieri clariſſime andree de acciarolis de florentia alteuille comitiſſe. *Hac fol. 4. a. in medio finita, immediate* Johannis Boccacii de Certaldo de mulieribus claris liber

liber in dei noe feliciter incipit. *In fine folii CXVI:* Liber Johannis boccacii de certaldo de mulieribus claris ſumma cum diligentia amplius ſolito correctus, *ac per Johannem czeiner de Reutlingen, vlme impreſſus finit feliciter. Anno dni M° CCCC° LXXIII. Char. goth. litter. initial. ligno inciſ. c. figg. lign. inciſ.* 81. *Ex his fig. XXIV. notam habet anni* 1473. *Sine ſign. et cuſt. cum num. foll. fol.*

> *Editio prima, quae notam anni habet. Maitt. p.* 324. *de la Vall. III. p.* 372. *Catal. Bibl. Pinelli II. p.* 108. *Annal. der deutſch. Litterat. p.* 50. *n.* 91. *ubi uerſio theodiſca recenſetur. Laire Ind. I. p.* 294. *Bibl. Heidegg. Bibl. P. Nor.*

4. INCIPIT. EPISTOLA. FRANCISCI. PETRARCHE. De. Inſigni. Obedientia. Et. Fide. Vxoria. Griſeldis. In. Waltherum. *Haec in fronte litteris quadratis. In fine fol.* 10. *b: Vlme impreſſum per Johannem zeiner de Reutlingen Anno Domini.* 1.4.7.3. *Char. rom. litt. init. lign. inciſ. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 10. *fol. min.*

> *Maitt. p.* 329. *de la Vall. II. p.* 599. *Strauſs monum. p.* 112. *Laire Ind. II. p.*310. *Gras p.* 10. *Zapf l. c. p.* 48. *Bibl. Heidegg.*

MCCCCLXXIV.

5. Liber BIBLIE MORALIS EXPOSITIONVM interpretationumque hiſtoriarum ac figurarum ueteris nouique teſtamenti peroptimus (autore PETRO BERCHORIO, al. Berthorio Ord. Bened. Priore) *Haec in fronte fol.* 1. *a. Praeit autoris praefatio. In fine fol.* 266. *a:* Infinita dei clementia. finitus eſt liber moralizationum biblie in eiuſdem laudem et gloriam compilatus! *ac per induſtrium Johannem zeiner de Reutlingen artis impreſſorie mgrm (non penna, ſed ſtagneis caracteribus) in opido Vlmenſi artificialiter effigiatus. Anno incarnationis dni Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto! die vero aprilis nona. Char. goth. litter. init. lign. inciſ. ſine cuſt. ſign. et pagg. num. col.* 2. *fol. mai.*

> *Maitt. p.* 341. *Denis Suppl. p.* 35. *Petri Berchorii reductorium morale in Biblia. Braun I. p.* 161. *Helmſchr. p.* 23. *Zapf. l. c. p.* 60. *Bibl. Heidegg. Bibl. P. Nor. In editione operum Petri Berchorii, quae Colon.* 1631. *fol. prodiit, liber hic moralizationum biblie, primam conſtituit partem, cui praepoſitus eſt titulus: Reductorium morale ſuper tota biblia.*

6. ALVARI PELAGII Ordin. Minor. de Planctu eccleſiae Libri II. *Praeit foll.* 7. materiar. index, *ad cuius finem legitur:* In nomine domini. Incipit compilatio ſolennis de planctu eccleſiae religioſi fratris Aluari pelagii natione hyſpani iuriſcanonici doctoris eximii ordinis ſancti Franciſci profeſſione. Etiam ſummi penitentiarii. tunc temporis ſanctiſſimi in xpo patris et domini domini Joh. vigeſimi ſecundi in ciuitate ſua auenionenſi cum curia preſidentis deplangens eccleſie catholice morboſum et defectuoſum utrumque tam eccleſiaſticorum quam ſecularium lugubrem ſtatum etc. Hoc opus patri reuerendiſſimo - dno petro Gomecïo - cardinali - Frater aluarus - dedicauit. *Fol.* 8. *b.* incipit primus articulus libri primi. *In fine huius partis fol.* 125. *a:* Gloria ſpirituſ ſancti Finitur prima pars huius operis feliciter. *Pars ſecunda finitur fol.* 398. *b. ubi ſequens notitia adiecta legitur:* Summa notabiliſſima. valde omnibus ſpiritualibus et ſecularibus proficua. de ſancte eccleſie Katholice planctu intitulata - A venerabili et religioſo fre. Aluaro pelagii (hiſpani natione) iuriſcanonici doctoris egregio, ordinis ſcti franciſci profeſſo. Nec non ſummo pro tunc temporis - dni Johannis viceſimi ſecundi

Digitized by Google

cundi ſui papatus penitentiario - ſtudioſe compilata et comportata - *Per honorabilem virum iohannem Zainer de Rutlingen procreatum vrbe vlm commorantem. cum ſumma diligentia correcta atque arte impreſſoria effigiata. Cum individue trinitatis adiutorio finita et feliciter conſummata. Anno dni Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto. die vero. XXVI. Octobris.* Cui debetur laus. gloria. honor. virtus. et fortitudo. per infinita ſecula ſeculorum. Amen. *Sequitur* (in aliis exemplis praecedit) materiarum tabula a fratre Petro Dominici, Ord. Eremit. S. Auguſtin. Alumno compoſita et Gregorio IX. dedicata, *in cuius fine:* Tabula planctus eccleſie alphabetice compilata partibus articuliſque diſtincta. Adnexis ſibi quottationibus e litteris finit feliciter. *Char. gotb. litter. init. ligno inciſ. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. col. 2. foll.* 404. (406) *fol. mai.*

Maitt. p. 332. ad ann. 1473. male; rectius not. 2. de la Vall. I. p. 329. Gaign. I. p. 183. Schw. II. p. 132. Geſn. p. 30. Braun I. p. 161. Gras p. 11. Helmſchr. p. 23. Zapf. l. c. p. 54. ſqq Laire Ind. I. p. 323. Bibl. Götting. Bibl. P. Nor. Saub. H. B. Nor. p. 125. Ulmae 1474 et Reutlingae anno eod. male!

7. Summa prelucidiſſima de mirabili euchariſtie ſacramento diſputabilis et predicabilis deuotiſſimi fratris ALBERTI MAGNI de ordinis fratrum predicatorum profeſſione incipit. *Haec in fronte. Sequuntur* totius operis argumenta, *quae fol. 7. a. terminantur. Fol. 8. a. incipit* Tractatus in prohemio de diuerſis ſacramenti nominibus &c. *In fine:* Summa fratris Alberti magni in tractatulum eucariſtie finit feliciter. *Ac per iohannem Zeiner in opido vlm diligenter impreſſa. Anno domini. M. CCCC. LXXIIII. Char. gotb. litter. init. lign. inciſ. ſine ſign. & cuſt. c. pagg. num. fol.*

Denis Suppl. p. 33. Braun I. p. 162. Helmſchr. p. 23. Zapf l. c. p. 62. Bibl. Heidegg.

8. JACOBI CARTHVSIENSIS Sermones. *Vlmae* 1474. *fol.*

Maitt. p. 341. ex Saub. Hiſt. B. N. p. 125. et poſt illos Zapf l. c. p. 62. At non extant in Bibl. P. Nor. hi ſermones; adeſt vero Ludolphi Carthuſienſis Vita Chriſti 1474. ſine loco (Argent. char. Eggeſtein.) a Sauberto omiſſa - Delenda ergo eſt haec editio Sermon. Jac. Carthuſienſis ex Annalib. typogr.

MCCCCLXXV.

9. GVILIELMI DVRANTI Rationale diuinorum officiorum. *In fine fol. 256. a.* Rationalis preſens diuinorum officiorum liber capitalium decoratus venuſtate aſt rubricationibus accuratius diſtinctus. *Per diſcretum iohannem Zeiner ex Rutlingen procreatum vrbe Vlm commorantem cum diligentia impreſſus Cum trinitatis ſumme et individue adiutorio conſummatus. Anno dni Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto. die XVIII. marcii. Char. gotb. litter. init. lign. inciſ. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. fol. mai.*

Ad edit. anni 1473. expreſſa. Maitt. p. 773. Weisling. p. 68. Clement VII. p. 468. Laire Ind. II. p. 361. Zapf l. c. p. 63. Bibl. Heidegg. Bibl. P. Nor.

10. Fr. ANTONII AMPIGOLLI (DE RAMPEGOLIS) Ordin. frat. Eremit. S. Auguſt. Aurea biblia. *Praeit* index alphabetic. materiar. *foll.* 13. *Fol.* 14. *a.* Liber manualis ac introductorius in biblie hiſtorias figuraſque veteris ac noui teſtamenti peroptimus Aurea biblia vocitatus Incipit feliciter. *In fine fol.* 158: Vigore infiniti entis explicit liber bonus et perutilis Aurea biblia. ve. ac no. te. appellatus. *Vlm diligenter per Johannem Zeiner de Rutlingen artiſitialiter effigiatus Anno legis gre. M. CCCC. LXXV. die altera*

poſt

Digitized by Google

poſt viti et modeſti martirum. Cui ſit honor et gloria in ſecula ſeculorum. amen. ꝛc. *Char. goth. litter. init. lign. inciſ. ſine cuſt. ſign. et pagg. num. fol.*

Maitt. p. 355. Seemill. I. p. 68. Strauſs monum. p. 117. Gras p. 16. Helmſchr. p. 30. Laire ind. I. p. 374. Zapf l. c. p. 67. Bibl. P. Nor.

11. Joannis gritsch Ordin. Minor. Quadrageſimale. *Praecedit* tabula alphabetica, *hac praevia notitia:* Tabula preſens alphabetica totum in huius libri proceſſum expaſſa. Bene eſt memorie commendanda. *foll.* 25. *Fol.* 26. *a.* Quadrageſimale fratris johannis gritsch ordinis fratrum minorum doctoris eximii per totum temporis anni ſpatium deſerviens cum thematum euangeliorum et epiſtolarum introductionibus et tabula peroptima *Incipit feliciter. In fine fol.* 269. *b:* Explicit quadrageſimale tripartitum Religioſi viri magiſtri Johannis gritſch d'Baſilea profeſſoris ſacre theologie eximii *Impreſſum et continuatum cum dei adiutorio per Johannem Zeiner de Rutlingen. Anno* ꝛc. *LXXV. die vero viceſimo octobris. Char. goth. litter. init. lign. inciſ. ſine cuſt. ſign. & pagg. num. fol. mai.*

Editio originalis. Bibl. P. Nor. Gras p. 18. ſq. Helmſchr. p. 29. Bibl. Heidegg. Zapf l. c. p. 69.

12. Quaeſtiones de quodlibet s. thome de aquino. *Praecedunt* tituli quaeſtionum de duodecim quodlibet Sancti thome de aquino &c. *foll.* 7. *In fine fol.* 231. *b:* Immenſa dei clementia finitur Quodlibet liber ſancti Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum in eiuſdem gloriam compoſitus. *Impreſſus Vlm per Johannem czainer de Rutlingen. Anno dni. Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto. Pro cuius conſummatione Rex regum laudetur in ſecula benedictus. Amen. Char. goth. litt. init. lign. inciſ. ſine cuſt. ſign. & pagg. num. fol.*

Maitt. p. 356. Weisling. p. 67. de la Vall. I. p. 193. Braun I. p. 176. Gras p. 19. Helmſchr. p. 30. Zapf l. c. p. 67. Bibl. P. Nor.

13. Sermones aurei de ſanctis Fr. leonardi de vtino. *Praecedit* index alphabetic. cum tabula ſermonum *foll.* 17. *In fine fol.* 243. *a:* Expliciunt ſermones aurei de ſanctis per totum annum. quos compilauit magiſter Leonardus de Vtino - Ad inſtantiam et complacentiam magnifice communitatis Vtinenſis ac nobilium virorum eiuſdem M. CCCC. XLVI. in vigilia beatiſſimi patris noſtri Dominici confeſſoris. Ad laudem et gloriam dei omnipotentis et totius curie triumphantis. *Impreſſique ſunt hi ſermones in opido (ſic) Vlm per diſcretum Johannem Zeiner de Rutlingen. Anno dni. M. CCCC. LXXV. Char. goth. litter. initial. lign. inciſ. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. fol. mai.*

*Maitt. p. 344. * Weisl. p. 68. Braun I. p. 177. Zapf l. c. p. 66. Bibl. Heidegg. Bibl. P. Nor.*

14. Vincentii ferrerii Sermones de Tempore et de Sanctis. *Ulmae* 1475. *fol.*

Maitt. p. 357. cf. not. 1. ubi tantum Sermones de Sanctis excitantur. Sic Quetif. I. p. 767. Interim de exiſtentia huius editionis dubito. Sunt forte Sermones de Sanctis Leonh. de Vtino?

M CCCC LXXVI.

15. (Antonii de rampegolis) Liber manualis ac introductorius in biblie hiſtorias figurasque veteris ac novi teſtamenti peroptimus. Aurea biblia vocitatus. *In fine:*

 Vigo-

Digitized by Google

Vigore infiniti entis explicit liber bonus et perutilis aurea biblia ve. ac. no. te. appellatus. *Vlm diligenter per Johannem Zeiner de Rütlingen artificialiter effigiatus. Anno legis gratie M.CCCC.LXXVI.* (*Ead. formula, ut in editione anni* 1475, *niſi quod ibi et nota die addita ſit*) *Char. goth. fol.*

Maitt. Ind. II. p. 494. *Denis Suppl. p.* 58. *Baumg. Nachr. VII. p.* 500. *Freyt. Adp. II p.* 1108. *Strauſs monum. p.* 122. *Clem. IV. p.* 207. *Zapf l. c. p.* 71.

16. Quadrageſimale Fr. IOANNIS GRITSCH ord. fratr. Minor. doctoris eximii per totum temporis anni ſpatium deſerviens, cum thematum Euangeliorum et Epiſtolarum introductionibus &c, *In fine:* Explicit quadrageſimale tripartitum religioſi viri magiſtri Johannis Gritſch de Baſilea profeſſoris ſacre theologie eximii. *Impreſſum et continuatum cum dei adiutorio per Johannem Zeiner de Rutlingen anno* ꝛc. *LXXVI.* (*Ead. formula, ut in editione anni* 1475, *niſi quod hic dies menſis deſit*) *Char. goth. fol.*

Maitt. p. 367. *ex Bibl. Auguſt. Reiſeri. Apocrypham eſſe hanc editionem putarem, niſi obſtaret teſtimonium Cl. Zapf. l. c. p.* 71. *qui exemplum huius editionis ſe vidiſſe aſſerit. At minime originalem eſſe, ut idem vir doctus putat, certo certius eſt. Vid. n.* 11. *anni* 1475.

MCCCCLXXVII.

17. Summa in libros decretalium HOSTIENSIS dicta, V. conſtans Partibus ſeu Voluminibus. *In fronte Volum. primi fol.* 1. *a.* Incipit ſumma ſuper titulis decretalium a dno archepo ebredinen. compilata qui et vulgatiori vocabulo hoſtienſis dicitur additis quoque in quibusdam locis et aliis rubricellis. *Sequitur* index titulorum, qui *fol.* 1. *b.* terminatur. *Adiecti ſunt verſus ſequentes:*

Verſus quibus ad nomen autoris pulcre alluditur et littera eius diues comendatur.

Cedite ſummarum ſcriptores cedite longe.
Hoſtium qui pandit ſacrati dogmate iuris
Hoſtienſis adeſt. en clarus & littera diues.
Ergo lege foelix et aere ſolare laboras (ſic)

In fine fol. 350. *b: Ex officina et ductu ludouici bobenwang h' ſumma hoſtien. ſuper primo decretalium finita eſt anno a partu virginis ſalutifero milleſimoquadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.*

Volumini ſecundo, ut et reliquis, praemiſſae ſunt rubricae *fol.* 1. *Fol.* 2. *a.* Incipit ſecunda pars ſumme hoſtien. in librum decretalium ſecundum, qui eſt de iudiciis. *In fine* verſus, ut in Parte prima. *Tum: Ex officina et ductu Ludouici bobenwang de elchingen* hec ſumma hoſtienſis q. et copioſa a iurium copioſitate. finita e vtilitate qde ſua non omnibus a dno archepo ebredinen. compilata. *foll.* 311.

Volumen tertium fol. 2. *ſequentem habet inſcriptionem:* Incipit Liber tercius de vita et honeſtate clericorum. *In fine* verſus iam memorati. *Tum: Ex officina et ductu Ludovici bobenwang de elbigia* hec ſumma. hoſtien. ſuper tercio decretalium que et copioſa a iurium copioſitate finita eſt. conſultu vero et auxiliatione clariſſimi viri mgri Johannis piſtoris domini mei obſeruandiſſimi *litteris abenis impreſſa. foll.* 286.

Volumini quarto fol. 2. *ſequens praemiſſa eſt notitia:* Incipit quartus liber de Sponſalibus et matrimoniis. *In fine* verſus, et prioris libri ſubſcriptio. *foll.* 169.

Volu-

Digitized by Google

Volumen quintum fol. 2. *ſequentem habet inſcriptionem.* Incipit liber quintus de accuſationibus et denuntiationibus et inquiſitionibus. *In fine:* *Ex officina et ductu Ludovici Hohenwang de elichingen* hec ſumma hoſtien. q. copioſa a iurium copioſitate finita et utilitate quidem ſua nota omnibus a dno archiepo ebredinen. compilata e (eſt)
Sed nos immenſum ſpaciis confecimus equor
Et iam tempus equum fumancia ſoluere colla. *foll.* 405.
Char. goth. ſatis ping. litter. maior. rom. litt. init. lign. inciſ. ſine ſign. cuſt. et pagg. num. Ludovicum hunc Hohenwang Auguſtae Vindelic. prelum habuiſſe putat cl. Braun P. I. p. 36. *et p.* 193 *idque ex ſubſcriptione, quae in fine der Guldin Bibel, his verbis: gedruckt zu Augſpurg, legitur, concludit. At ſuſpectam eſſe hanc ſubſcriptionem monſtrauit cl. Seemiller Faſc. II. p.* 145. *Vlmae hunc Ludovicum artem typographicam exercuiſſe, mihi ideo vero ſimile eſſe videtur, quia nomen illius in libro illo theodiſco: Ars moriendi, ligno inciſ. in fine expreſſe legitur, his verbis:* Ludwig ze Ulm. (*cf. Annalen der deutſch. Litterat.*) *Praeterea character, in hac Summa, cum illo, quo Boccacii decameron theodiſce, Vlmae impreſſum fuit, convenit. Cf. Annalen der deutſch. Litterat. p.* 50. *fol.*

Maitt. p. 382. *Denis Suppl. p.* 85. *it. p.* 588. *Seemiller II. p.* 18. *Braun I. p.* 192. *Helmſchr. p.* 40. *Bibl. Anſp. Bibl. P. Nor.*

MCCCCLXXVIII.

18. Leonardi de vtino Sermones quadrageſimales de legibus: etiam dominicales. *Praemiſſa eſt* tabula [*extat in quibusdam exemplis in fine*] ordine alphabetico, iuſſu Ludovici Fuchſii, Prioris Ulmenſis conſtructa per Fr. Felicem (forte Fabri) ex ord. Praedic. *Foll. conſt.* 27. *In fine:* Quadrageſimalium ſermonum Leonardi de Vtino tabula: et illa quidem eiusmodi: ut non facile cuique materia occurrere poſſit: cuius reſolutio per ipſam non iudicetur: *impreſſa vlme cum eiſdem ſermonibus per Johannem zainer finit feliciter ad ſeptimum Idus Martias anni a natali chriſtiano Milleſimi quadringenteſimi ſeptuageſimi octaui.* Qui eam fecit ſit felix iuxta nomen ſuum quod eſt felix. *Sequuntur* Sermones. *In fine:* Theologie doctoris precipui Leonardi de vtino diui ordinis fratrum predicatorum quadrageſimales ſermones ad populum. per doctum quendam hominem ſecundum alphabeti ordinem mirifica induſtria ſic regiſtrati. vt quacunque de re: et quocunque tempore quis predicaturus ſit: vberem materiam facillime invenire poſſit: *emendatiſſime impreſſi Vlme per Johannem zainer finiunt feliciter. Anno a natali chriſtiano.* 1478. *Char. goth ſine ſign. cuſt. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 60. *fol. max.*

Editio prima. Maitt. p. 392. *Id. p.* 394. *ſub titulo: Leon. de Vtino loci communes concionatorum Vlm.* 1478 - *idem enim eſt liber. Schw. II. p.* 175. *de la Vall. I. p.* 240. *Gras p.* 37. *Helmſchr. p.* 45. *Zapf l. c. p.* 73. *Bibl. Heidegg. Bibl. P. Nor.*

19. Calendarivm cum tabulis longitudinum ſolis, lunae, huiusque nodis, punctorum praeterea Zodiacalium quouis die h. 12. meridie orientium. Item tabulae Coniunctionum et oppoſitionum ſolis et lunae, eclipſium denique eorundem luminarium ab anno 1477 - 1552. *Incipit.* Vſum huius opuſculi breviter exponemus. In principio offert ſe Kalendarium in 12. menſes partitum. *In fine fol.* 3. *b. Impreſſum Vlme per Johannem Zainer anno dominice incarnationis* 1478. *Sequitur* Kalendarium. *Char. goth. min. foll.* 18. *fol. min.*

Denis Suppl. p. 91. Braun I. p. 201. Seemiller III. p. 2. Helmſchr. p. 44. Zapſ l. c. p. 72.

20. Joannis de deo Hiſpani Summa Decreti Gratiani. *Vlmae* 1478. *fol.*

Denis Suppl. p. 93. ex Bibl. coenob. Admont. et poſt illum Zapſ l. c. p. 74. cf. Fabr. Bibl. m. et inf. lat. L. IV. p. 60.

MCCCCLXXIX.

*21. Vitae ſanctorum Patrum. *Vlmae per Johannem Zeiner.* 1479. *fol.*

Zapſ l. c. p. 75. ex bibl. monaſt. Buxheim. An? Extant per eundem, at ſine nota anni Vide infra.

MCCCCLXXX.

22. Biblia Latina cum ſummariis et concordantiis Menardi Monachi. *In fine Apocalypſeos: Anno a natiuitate dni. Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo. quarto kalendas februarii. In omnipotentis dei laudem ſueque curie celeſtis gloriam et honorem. Finitum eſt hoc inſigne noui ac ueteris teſtamentorum opus. per Johannem Zainer Vlmenſis opidi incolam.* Opus inquam preclarum ad ſimplicium ſacerdotum utilitatem. non modo cum canonibus euangeliſtarumque concordantiis. verum inſuper cum dictionum hebraicarum declaratio (ſic) ac caſibus ſummariis ſemper ab initio capitulorum poſitis *diligentiſſime impreſſum. Sequitur* Menardi epiſtola ad Jacobum de Iſenaco cum canonibus Evangeliſtarum *Tandem:* Incipiunt interpretationes Hebraicorum nominum. *Char. gotb. minut. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 439. *col.* 2. *Tituli* libror. in ſuperiori margine leguntur. *fol. mai.*

Editio unica Biblior. latin. Sec. XV. in Suevia impreſſorum, primaque, quae caſus ita dictos ſummarios ſeu breuia capitum argumenta, exhibet. Maitt. p. 404. Editio anni 1484. Ulmenſis, quam affert id. p. 451. aliique ante et poſt illum excitarunt, apocrypha eſt. Illi, qui eiusmodi editionem producebant, verba ſubſcriptionis: Octuageſimo. Quarto Kalendas Februarii, ita coniunxerunt, ut annus 1484. inde natus ſit. Genuina extat in Bibl. Capit. Sebald. Seemill. II. p. 59. Helmſchr. p. 50. Zapſ. l. c. p. 78. Maſch. P. II. Voll. III. p. 127.

23. Alberti de padva Ord. Eremit. S. Auguſt. Sermones de Dominicis per annum et praecipuis feſtiuitatibus. *Accedit* Concordantia quatuor Euangeliſtarum de paſſione Domini. *Praeit* Regiſtrum ordine alphabetico collectum in ſermones quondam venerabilis ac egregii viri mgri alberti d'padua. fratris heramitarum (ſic) ordinis Auguſtini. *foll.* 11. *Fol.* 12. *a.* Incipit ſolemne opus expoſitionis Euangeliorum dominicalium totius anni - cum concordantia quatuor euangeliſtarum in paſſionem dominicam. *In fine ſermonis ultimi:* Liber predicationum ſuper euangeliis dominicalibus. Et in precipuis feſtiuitatibus ſanctorum. *Vlme impreſſus per Johannem Zainer Anno domini.* 1480. *circa feſtum ſancti Viti. Finit felicit. Poſt folium vacuum: Incipit* concordantia in paſſionem dominicam ab egregio quondam viro mgro Nicolao Dinckelſpichel (ſic) collectam. *In fine:* Deo gratias. *foll.* 36. *Char. gotb. ſine ſign. cuſt. et pagg. num. fol. min.*

Maitt. p. 776. Braun II. p. 79. Seemiller II. p. 53. Gras p. 45. Helmſchr. p. 50. Bibl. Anſelm. Bibl. Heidegg. Bibl. P. Nor. Zapſ l. c. p. 76. Editio anni 1481. quam idem vir doctus ex Hirſchingii Verſ. V. II. p. 202. excitat, apocrypha eſt.

24.

Digitized by Google

24. Vocabularius latino teutonicus. *In fine:* Etſi huiuſcemodi vocabularii opuſculum tempora antequam plura impreſſoria arte diuulgatum. pluribusque ſit commûnicatum. Verum quia itidem ſi diligenter inſpiciatur innumeris fere in locis cernitur diminûtum. *Idcirco ad utilitatem in latinitatis copia perficere cupientium per Johannem zainer ciuem Vlmenſem correctione poſſibili previa iterum impreſſum Anno domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo finit feliciter. Char. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. fol.*

Denis Suppl. p. 125. Seemiller II p. 64. Gras p. 47. Zapf l. c. p. 75.

25. Scala Coeli. *Praecedit* Prologus ſeu epiſtola auctoris Joannis Iunioris Ord. Praedic. ad Hugon. de Coluberiis. *In fine: Anno domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo. liber iſte vocatus Scala celi Vlme impreſſus per Johannem Zainer Explicit feliciter. Char. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll. 168. fol. min.*

Maitt. p. 414. Denis Suppl. p. 123. Freyt. Adpar. II. p. 817. Seemiller II. p. 64. Gras p. 47. Helmſch. p. 50. Zapf l. c. p. 80.

MCCCCLXXXI.

26. S. Bonaventurae Sermones de Tempore, de ſanctis âc in communi ſanctorum. *Praecedit* Regiſtrum alphabetico ordine collectum. *foll.* 15. *In fine:* Ventura bona docentis ſeraphici doctoris Bonaventura (ſic) ſacroſancte Romane eccleſie Cardinalis digniſſimi de tempore ſimul et ſanctis cum commune Sanctorum perfructuoſum opus. *Impreſſum per Johannem Zainer: feliciter explicit Anno domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo. Chàr. goth. ſine ſign. cuſt. et pagg. num. foll.* 424. *fol.*

Maitt. p. 427. Clem. IV. p. 59. Reutlingae - male. Weisling. p. 205. Schwitzer III. p. 36. Helmſchr. p. 55. Zapf l. c. p. 81. Bibl. Götting. Bibl. P. Nor.

*27. Johannis Nider Ord. Praedic. Sermones de tempore et ſanctis atque quâdrageſimale. *Vlme per Johannem Zeiner MCCCCLXXXI. fol.*

Zapf l. c. p. 82. ex Bibl. monaſt. Weingarten. An, cum nota anni? Extant per eundem ſine nota anni. Vide infra.

MCCCCLXXXII.

28. Claudii Ptolemaei Alexandrini Coſmographia. *Praecedit (in exemplo, quod adſervatur in Bibl. P. Nor.)* Regiſtrum, *hac praevia notitia:* Regiſtrum alphabeticum ſuper octo libros Ptolomei Incipit feliciter *In fine folii 29. a.* Finis eſt. *Hoc excipit* dedicatio, *cum ſequenti inſcriptione:* Beatiſſimo Patri Paulo Secûndo Pontifici Maximo Donis Nicolaus Germanus. Dedicationem hanc immediate ſequuntur argumenta capitulorum primi libri. *In fine operis fol. 133 a: litteris capitalibus:* Claudii Ptolomei Viri Alexandrini Coſmographie Octavus Et Vltimus Liber Explicit Opus Domini Nicolai Germani Secundum Ptolomeum Finit. *Anno MCCCCLXXXII. Auguſti Vero Kalendas. XVII. Impreſſum Vlme Per Ingenioſum Virum Leonardum Hol Prefati Oppidi Civis. Sequitur* Nicolai Donis [*fuit is monachus in monaſterio Reichenbacenſi Ordin. S. Benedicti*] Tractatus de locis et mirabilibus mundi. *In fine:* Finit Tractatus de locis et mirabilibus mundi *foll.* 17. (*Deſideratur tractatus hic in aliis exemplis; forte, cum Regiſtro ad editionem anni* 1486. *pertinet*) *Char. rom. litterae init. lign. inciſae, prima duas perſonas, Paulum II. & Nicol. Donis; ſecunda Ptolemaeum exhibet. Tabulae*

